

Et 22. lib. 2. Surt. conf. 46. n. 13. & seq. Gramat. dec. 109. nu. 53. & seq. Rota decif. 102. num. 10. part. 2. dicitur. dec. 130. num. 8. & decif. 318. per tot. part. 4. recent. tom. 2. Et dicta decif. 125. num. 31. part. 5. et in dicta sua materia sub tit. de renunciat.

Ideoque nisi accedat factis iusta, & honesta causa, quae talem donationem, seu renunciationem rationabilem reddat, iuxta casum de quo apud Orthob. dec. 182. & dec. 3. par. 11. res. quod scilicet filii senex, iuri quaerendo, quod sperabat in successione filii, reportata congrua provisione renunciat, ex iusto, & laudabili motivo conservationis bonorum in agnatione, vel decedentia, cum similibus ponderatis in precedentibus, in proposito satisfaciendi causa in contractibus mulierum requisita per Statutum Urbis 151.

Rarum ac difficile est, huiusmodi donationes factas per mulieres, praeterim autem per inexpertas puellas substituere, ubi non inter illa ratio congruentia, & communis usus praesertim Italiae, circa eas renunciations, quae per puellas sunt occasione matrimonii carnalis, vel spiritualis respectivae ad congruum dotem, quia (dicto communi usu attento) sufficere debet eas esse provisas, ut divitiae in agnationibus, & familiis conferrentur, & ne alias, feminis mediatis, ad alienas familias transeant; iuxta antiquos Romanorum, ac Italiae mores, ut pluries advertitur sub tit. de successorib. ac etiam sub altero de testamentis, & alibi, occasione improbandi, seu redarguendi illos verè leguleicos, ac inspidos rigores, quos in sequendo aliquam antiquiorum simplicitatem, adhibemus super stricta interpretatione Statutorum, feminas, vel cognatas excludentium favore masculorum, vel agnationis.

Hinc proinde, huiusmodi quaestiones facti potius videntur, pro facti scilicet qualitate, ad singulorum casuum particularibus circumstantiis decidenda pro iudicis prudenti arbitrio an actus prudens, ac laudabilis, vel potius de circumventionem suspectus sit, pro personarum & locorum, ac bonorum qualitate, &c. cum desuper certa, & determinata regula generalis tradi non valeat.

PARMEN. DONATIONIS DE TERTIIS PRO COMITE ANTONIO MARIA DE TERTIIS CUM FRATRIBUS.

Responsum pro veritate.

Ad materiam textus in l. quoties, Cod. de donat. quae sub modo, an scilicet, & quando donator remittere possit donatario onera illi adjuncta favore tertii absentis, pro quo nemo legitime stipulatus fuerit.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **A**n donator remittere possit primo donatario onera in praesudicium secundi.
- 3 **P**erfecta donatio revocari, vel minui non potest ad l. quoties.
- 4 **D**e hac materia remissive.
- 5 **C**essat accedente juramento, quod irrevocabilem reddidit donationem factam tertio, & quando secus.
- 6 **Q**uid ad effectum acquisitionis dominii.
- 7 **I**n donationibus habentibus tractum successuum, unius acceptatio prodest omnibus.
- 8 **D**onatio facta infanti absentis est valida, & irrevocabilis.
- 9 **D**onatio facta cum primogenitura, vel fideicommissi non subjacet solemnitatibus.
- 10 **E**x scientia donationis resultat acceptatio.
- 11 **E**t quando secus.
- 12 **U**bi habemus acceptationem, cessat omnis questio.
- 13 **F**acultas reservata disponendi in vita, an conveniat dispositioni pro ultimam voluntatem.

D I S C. LVI.

COMES LUDOVICUS de Tertis, tres habens filios primogenituram exivit in feudis Siffa, & Belvederii, secundogenitis provisus ad vitam de quodam annuo congruo reddito, tanquam per speciem illius vitae militiae, quae in feudis iuris francorum secundogenitis reservata est; Postmodum verò, ut duos secundogenitos in pupillari aetate adhuc constitutos pinguius provideret, ac etiam in satis-

factionem legitime, & dotium maternas, donationem eis fecit de quibusdam bonis pleno iure, etiam in proprietate, Notario pro eis absentibus acceptante, & stipulante, de quibusdam vero aliis stabilibus in solo usufructu, cum reciproca inter eos, atque utroque decedente voluit, ut usufructus consolidari deberet cum proprietate ad favorem dictae primogeniturae; Ad alios autem annos, ad dictis secundogenitis effectis maioribus, idem pater, ut omnem discordiarum occasionem inter fratres post ejus mortem dirimeret, de omnium consensu, eisque acceptantibus quamdam fecit divisionem, ac assignationem, per quam dicti fratres aliqua bona pro eorum respectivè commoditate permutarunt; Cumque postmodum idem pater moriens, in testamento aliquas fecisset dispositiones, dictis secundogenitis, vel eorum alteri favorabiliores, primogenito autem in iuribus, ex dicta secunda donatione questis praedictas; Hinc proinde ex parte dicti primogeniti pro veritate consultus fuit, an praeterea donationi feres, paternam testamentariam dispositionem, pro se ejusque in primogenitura successoribus impugnetur possit; Dubitandi rationem praebente, quod dicta donatio proprietatis facta esse primogenito absentis, nemine pro eo acceptante, ac stipulante, dum Notarii acceptatio, & stipulatio erat pro dictis secundogenitis, ad quos verba stipulationis dirigebantur, unde propterea supponebatur ex parte volentium subsistere dictam testamentariam dispositionem, quod intrinsecus terminum text. in l. quoties, C. de don. quae sub mod. cum ibi notatis per scribentes; Vel theoria Bart. in l. qui Roma. §. Flavus. Hermes. ff. de verb. oblig. ut re integra, & ante acceptationem factam à tertio, cujus favore donator donatario onis adjecerit, illud in toto, vel in parte remitti valeat.

Ex facti autem qualitate, iuxta notulam transmissam, ac instrumentorum seriem, (non tamen visis fundamentis, quibus secundogenitorum praesentium inniteretur, dixi probabilius pro ipso primogenito, ejusque in primogenitura successoribus respondendum videri, quodque pater non potuerit ius ex dicta donatione primogeniturae quantum, per subseqentem dispositionem tollere, vel diminuire ad text. in l. perfecta, C. de don. cum concord. plenè deductis sub tit. de fideicommissis ad disc. 134. usque ad 140. ubi de materia potestatis donatoris gravandi donatarium in bonis donatis, seu aliis ei praedictandis, posita donationis validitate, ac perfectione.

Neque obstat dicebam, quod dispositio ad favorem primogeniturae facta esset ad favorem absentis, nemine pro eo acceptante, & stipulante, iuxta dictos terminos text. in l. qui, C. de don. quae sub mod. cum ibi notatis, & theoriam Bart. in d. l. qui Roma. §. Flavus. Hermes. ff. de verb. oblig. Quoniam inter plures limitationes vel declarationes, quibus lita conclusio subjacet, & de quibus agunt relati per Gratian. discip. 405. nu. 19. & seqq. & discip. 775. n. 3. & seq. Fab. de Ann. conf. 33. Rovit. dec. 89. latè Merlin. controv. 59. & 60. lib. 1. Rot. decif. 37. num. 6. par. 7. recent. & dec. 174. num. 21. par. 6. & in aliis, de quibus infra, tres ad rem facere videbantur.

Primo scilicet ratione juramenti, quod ex magis communis receptaque opinione reddit donationem irrevocabilem, quamvis absentis factam, ac nemine pro donatario acceptante, & stipulante, quoties agitur de donatione lucrativa, ita ut utilitatem importet, quamvis aliquid admixtum sit onus emolumento inferius, unde propterea abicit dubietas, quod possit causare damnum in bonis propriis, ut ex ea donatio, infirmata disc. 54. ut antiquioribus relatis habetur apud Gabriel. de verb. oblig. conclus. 1. n. 69. Fab. de Ann. d. conf. 32. n. 4. Grat. d. discip. 775. n. 13. Buratt. dec. 149. n. 2. & decif. 373. n. 11. & 12. Duran. dec. 364. n. 1. & 2. Dunozett. dec. 773. n. 9. in fin. latè dec. 387. par. 9. rec. n. 31. repetit. dec. 110. post Merlin. de pignor. & in Rbeggien. bonorum 23. Januarii 1647. coram Corrado, confirmatoria alterius proximè supra allegatae, & advertitur pluries in precedentibus, cum sit conclusio recepta quoad punctum poenitentiae, & ne donator possit revocare, vel alterare, quidquid sit quoad acquisitionem dominii pro iure tertii, in quem medio tempore ex causa onerosa, & bona fide, citra collusionem, idem dominium translatum sit, ad quem effectum intrat difficultas, de qua apud Merlin. d. controv. 60. lib. 1. ubi an actio competens secundo donatario sit realis, vel personalis, Rot. apud Rojas dec. 314. & in aliis.

Secundo, quia ad primogenituram vocata erat universa ipsius donatoris decedentia, iuxta linearem ordinem, & consequenter ipsimet secundogenitis, (quorum nomine Notarii stipulatio, & acceptatio accesserat) erant etiam donata-

narii, utpotè ad eam vocati, unde resultat recepta conclusio, de qua plerè ceteris relatis dec. 40. & 387. par. 9. rec. quare prima est repetit. dec. 189. post Zacch. de oblig. Camer. & in supra allegata Rbeggien. bonorum 23. Januarii 1647. coram Corrado, & d. tit. de fideicommissis ad disc. 134. ad 140. quod in huiusmodi donationibus conceptis ad favorem personarum univèrsi generis cum tractu perpetuo, ac successivo, & consequenter ad favorem etiam nasciturorum, quos impossibilis erat ut essent praesentes, vel acceptare, ac stipulari possent, unde esset stipulatio unius sufficit pro omnibus; Si enim ex dicta ratione impossibilitatis, infanti- 8 lis aetate operatur, ut in actibus lucrativis, in quibus, data scientia, acceptatio praesumenda est, ipsa lex nomine infantis acceptat; & stipulatur, ex deductis in dictis decisionibus Rbeggien. coram Corrado, ubi concordantes; Multò magis in notatis, ac successivè ad saecula proceandis.

Accedente etiam ratione favoris agnationis, vel sanguinis, ob quem huiusmodi donationes nimium benignè capiuntur, unde non procedunt in eis rigores juris communis, vel statutarii, ut in proposito solemnitatum non adhibendarum, seu rationis non admittenda in donationibus facti pro erectione primogeniturae, vel fideicommissi in familia, seu decedentia, ex Molina de primogenitura, & aliis allegatis habetur apud Orthob. dec. 182. & dec. 23. par. 11. rec. utrobique in fine, & occasione insinuationis pariter in hac donationum specie non desideranda habetur disc. sequenti, ac generaliter pluries in precedentibus in proposito donationum factarum pro mulieres, vel alios in quibus ob intellectum imbecillitatem solemnitates alique desiderantur, sive circumventionis praesumptio de facili intret.

Tertiò demum, (per quod omnis dubitandi ratio cessabat in radice ex solo facto, ubique necessitate recurrendi ad apices, vel propositionis juris) quod ex posteriori actu supra recensito divisionis, ac assignationis respectivè factae per patrem inter dictos tres filios praesentes, & acceptantes, constat ex instrumento desuper inito, quod donatio haec enunciatur cum dispositione ad favorem primogeniturae; Ideoque dicebam ita probari in dicto primogenito scientiam certam, ac expressam, ista verò posita, in actibus lucrativis, ac certam utilitatem in toto, vel saltem in parte excedente onus, continentibus lex praesumit acceptationem, & ad quem effectum etiam scientiae probatio praesumptiva, seu adminiculata va sufficit, ex iis, quae ceteris copiosè relatis habentur d. dec. 40. & 387. par. 9. rec. & in Rbeggien. 23. Januarii 1647. coram Corrado, ac frequenter, cum sit conclusio hodie recepta non admittens amplius controversiam cadentem in solo casu, in quo agatur de illa specie donationis onerosae, quae in substantia potius contineat contractum correspondivum cum intercedente, an ex futuro eventu utilis, vel damnosus esse possit, ut satis bene ita declaratum firmata dec. 27. p. 7. rec. & in aliis advertitur in Rbeggien. bonorum cor. Corrado, & pluries insinuat in precedentibus.

Sed (quod magis) ultra scientiam, quae acceptationis praesumptionem redolet, ex eodem actu resultabat certa probatio acceptationis expressae; Et consequenter intrabat regula textus in l. ille aut ille, ff. de legatis tertio, quod in claris, & expressis cessant omnes quaestiones, & argumenta; Ideoque cessabat, ut dictum est in radice omnis questio, dum remissio quam per testamentariam dispositionem donator donatario fecerat, erat re non integra, & post acceptationem.

De plerique alii super hac facti specie consultus fuit, in facto potius quam in iure consentientibus, praesertim verò quoad reliqua bona libera patris in erectione primogeniturae, vel in subseqenti donatione non comprehensa, cadentia tamen sub dicto ultimo actu divisionis, ac assignationis respectivè, an idem pater testando potuerit disponere, dictamque assignationem alterare; Dubitandi rationem praebente protestatione per eundem patrem facta, ut per dictum actum, in qui pro filiorum quiete post ejus mortem gerebatur, nullum in eius dominio, ac possessione generaretur praedictum, sed integra remaneret libertas disponendi in vita, an scilicet haec praesertiva, utpotè restricta ad dispositionem in vita, suffragaretur pro dispositione per ultimam voluntatem; & Respondit tamen dubitationem non cadere, illa etenim, quae pluries habetur sub tit. de fideicom. percutit diversos terminos facultatis alicui concessae disponendi de alienis, an scilicet explicita in una specie dispositionis trahatur ad alteram, vel etiam terminos facultatis reservatae in bonis propriis, quae tamen per donationem jam perfectam alteri quaesita sint, secus autem in praesentibus, quod disponendi facultas non dici poterat dativa, Card. de Luca Lib. VII.

fed nativa, competens jure proprio, ac primavae, reservatio autem continebat expressionem ejus, quod de jure inerat, seu declarationem animi non donandi, sed faciendi simplicem assignationem, vel distributionem inter filios, quae de sui natura est quocumque revocabilis, ex deductis supra in Foresempronien. disc. 40. & in aliis.

ANNOT. AD DISC. LVI.

AD materiam text. in l. quoties, Cod. de donat. notatum est supra ad disc. 36. Et videri poterunt deducta in eodem tit. de donat. disc. 65. ubi agitur an secundo donatario competat actio ad bona donata contra Tertium, in quem primus donatarius distraherit.

PARMEN. DONATIONIS SEU FIDEICOMMISSI PRO PETRO JANNOTO, ET CONSORTIBUS CUM JOANNE BAPTISTA ROSCETTO.

Causa disputata coram A. C. resoluta & ut infra.

An in donatione facta cum ordine successivo, vel fideicommissi ad favorem plurium, necessaria sit acceptatio primi donatarii, qua non sequuta illa evanescat, quoad alios successivè vocatos, necne, Vel potius substituti venire possint jure proprio. Et quando donatio dicatur lucrativa, vel onerosa ad eundem effectum.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **F**actum primi donatarii non praedictat aliis in donatione successivè vocatis.
- 3 **D**e distinctione donationis ex causa lucrativae, vel onerosae, & quando acceptatio sit praecisè necessaria ad perfectionem donationis.
- 4 **D**e eodem, & quando dicatur donatio verè onerosa, & correspondiva.
- 5 **U**bi actus est imperfectus, atque recipit perfectionem ab acceptatione, vel alio implemento primi donatarii, si id non sequatur corrumpit, & quando non.
- 6 **O**bservantia contraria, declarat voluntatem referendi actum.

D I S C. LVII.

DE anno 1592. Jo. Bernardinus Saldanus presbyter, ex motivo conservandi bona in agnatione, donationem facit Camillo, & Octaviano ex itrate nepotibus, & successivè eorum filios, & decedentibus, ac in istorum defectum ad favorem proximioris, sub onere quod donatarii, ipsi videnti suppeditare deberent annua scuta 60. monetæ, & certam quantitatem frumenti, ordei, vini, & olei, nec non habitationem in domo cum necessaria suppellectili, ac tenere pro eo equum, vel mulum paratum ad aequitandum; Nulla verò sequuta acceptatione expressa, ad annos inter dictos donantem, & donatarium, deventum est ad divisionem bonorum, quae pro communi possidebantur; Eodemque defuncto, praefati Camillus, & Octavianus ab initio haereditatem adierunt, istoque titulo ejus bona possidere professi sunt, atque ipsimet, vel eorum filii aliqua ex his distraherunt; Omnibus autem defectis, Jo. Baptista proximior, praetendens ejus vocacionis locum factum esse, iudicium instituit coram A. C. ad dicta bona contra eorum possessores, atque in disputationibus desuper habitis, ultra inspectionem in puro facto consistentem super bonorum identitate, cujus nullae erant partes Advocatorum.

Quatenus pertinent ad ea quae iuris sunt; Scribentes pro auctore se fundabant in conclusione, de qua pluries in precedentibus, quod scilicet ubi agitur de huiusmodi donationibus cum quodam ordine fideicommissi ordinatis favore plurium personarum, vel generum ordine successivo, atque accedit stipulatio Notarii pro omnibus (quae in instrumentis celebratis in Statu Ecclesiastico semper adferuntur ratione obligationis cameralis habentis in ventre stipulationem pro omnibus quorum interest) tunc omnes dicuntur ab initio donatarii, adeo ut tot dicantur donationes quot sunt personae, ideoque factum negativum, vel positivum primi, non possit aliis praedictare, ex deductis supra in Romana donationis de Kndessili disc. 9. & in aliis pluries hoc eodem tit. ac etiam sub titulo de fideic. disc. 134. cum plur. seqq. Quodque pro-

propter primi donatarii non potuerit, negligendo forsan studioso expressam acceptationem donationis, eludere donatoris voluntatem, atque ita reddere liberæ dispositionis ea bona, quæ restitutioni oneri subiecta erant.

Scribens ego pro reis conventis, non negabam dictæ theorizæ veritatem, negabam tamen applicationem; Illa etenim procedit in merè gratuita, & lucrativa donatione, vel etiam in ea onerosa, quæ tamen lucrum adhuc redoleat, quæ nempe onus sit emolumento inferius, unde propterea, facta oneris compensatione, remaneat excessus, in quo donatarius contentat de puro lucro, absque periculo, vel timore, ut damnificatus remanere possit de proprio, secus autem ubi onus est tale, quod ex eventualitate, damnum

3 donatorio, lucrum verò ac utilitatem donatori importare potest, iuxta casum insinuatum supra disc. 54. & in aliis, atque declaratum disc. 27. p. 7. rec. ita distinguendo bene advertitur in *Releg. donatorum* 23. *Januarii* 1647. *coram Corrado*, pluries in aliis canonizata; Tunc enim dicitur contractus merè onerosus, & correspondens donationis vocabulo coloratus, ac potius in verbis quam in re, qui propterea indiget formali, ac expressa acceptatione, quoniam potest donatorio expedire eam non acceptare; Prout etiam expedit donatori certificari de acceptatione, ut ita tutus redatur de oneribus, magis pro ejus utilitate, quam pro liberalitate adjectis, quodque aliis non donasset; Ad eò ut non sequuta formali acceptatione, actus resolvatur, nedum ex deficiente donatarii acceptatione, sed etiam ex deficiente voluntate donatoris, quæ inhiit in omnes successive vocatos, tanquam ex defecto principio, sine quo alias actus gestus non esset, quod scilicet ideò donator actum fecit, quia voluit de congrua substantiatione se tutum reddere; Et consequenter non acceptantibus primis, qui onus supportati erant, nulla ratio suppetit ut integrum esse debeatur ulterius venientium, postquam cessata vita donatoris, & consequenter cessato onere, agerent de mero lucro.

Supponebatur autem ex hac parte, quod hæc donatio respectu donatorum primi gradus esset de hac ultima specie contractus verè onerosi, qui damnum, & iacturam 4 in donatorio importare poterat, ideòque expediebatur non acceptare, dum supponebatur, quod annuum onus ut supra reservatum, longè excederet bonorum donatorum fructus; Ubi enim donatio fuisset libera ipsorum bonorum in proprietate, tunc onus, quæ namvis excedens notabiliter fructus singulis annis, non corrumpit totaliter naturam donationis, cum illud, utpotè vitæ utilium, cessaturum esset, unde proptere abortivum esse potest ab emolumento lucrari in forte principali, ideòque ex facti qualitate actus remanere potest semper lucrativus, iuxta dictum casum insinuatum supra disc. 54. & alibi; Sed cum esset cum vinculo fideicommissi, in quo neque spes caducationis aderat, ob ultimam genericam vocationem proximioris; Hinc proinde (spectato effectu) quoad primos donatarios, quorum impedita ætate, verisimiliter dictum onus futurum erat, importabat simplicem usumfructum ad vitam, & consequenter poterat id eis esse notabiliter damnosum, quia donatori post dicti oneris supportationem plurimum annorum spatium, præmori poterant, vel paulò postea decedere, adeò non daretur calus reintegrations.

Atque hinc resultat non esse considerabile jus successorum, cum illud procedat, quando donatio jam purè, ac perfectè sum effectum sortita est, atque jus quæsitum omnibus donatariis, unde agatur de caducitate ex culpa, vel contraventione primi donatarii, potius tanquam in penam, iuxta casum, de quo in *d. Romana donationis de Andofila disc. 9.* cum similibus; Secus autem ubi agitur de conditione, quæ suspendat perfectionem actus, atque se opponat principio acquisitionis, cum tunc defectus non impletur, seu non purificata conditionis, insuat in omnes, ob resolutionem, sed nunquam sequatur perfectionem actus, ut advertitur *dec. 203. m. 23. cum seq. p. 6. rec.* atque ita distinguendo inter conditionem, & modum, & quando fit per viam non acquisitionis, vel per viam privationis, habetur plene actum sub tit. de fideicom. disc. 154. Et consequenter quæritio reducebatur ad punctum facti super quantitate fructuum ipsorum bonorum donatorum, an excederent onus, vel situd eos superaret.

Dictæ autem veritatis recognitionem comprobari observabam ex subsequeuta divisione inter donantem, & donatarium incompatibiliter cum dicta donatione, cum ita clarè comprobata remaneret utriusque partis voluntas habendi 6 actum pro infecto, ob non purificatam suspensivam conditionem, alias adimentem consensum ab actu, qui proinde

omnium respectu evanescere dicitur, non per viam caducitatis, ac privationis juris quæsitum, sed per viam impedimenti præstiti principio acquisitionis, ac perfectionis actus, alias indefinite invalidi; Exitus fuit, quod reis conventis data fuit absolutoria pro aliquibus bonis, ob non probatam eorum comprehensionem in donatione, in aliis autem comprehensio data fuit immisso ex deficiente in dicto facti præsupposito, quod unus excederet fructus bonorum.

ANNOT. AD DISC. LVII.

Quando acceptatio sit præcisè necessaria ad perfectionem donationis, *Vide nota supra ad disc. 14.*

NEAPOLITANA SEU CAMPANIEN. DONATIONIS PRO MONTE FAMILIÆ BERNALLÆ CUM N.

Responsum pro veritate.

An donator teneatur eximere donatarium à molestiis, quas paciatur ab ejus creditoribus in bonis donatis; Et quatenus ex facto donatoris aliqua bona donatarium amiserit, an teneatur ad reintegracionem.

SUMMARIUM.

- 1 *F*acti series.
2 *D*e questione an donator teneatur de evictione.
3 *Q*uando proprie ista questio cadat.
4 *A*n donatarius teneatur ad census, & alia onera rei donate.
5 *U*bi agitur de debitis, & oneribus personalibus, spectant ad donatorem.
6 *Q*uod hic esset casus questionis.
7 *Q*uando donator sedit onus, tenetur de evictione.
8 *N*em intrat evictio, vel obligatio ad estimationem ob electionem, vel qualitatem donatarii.

DISC. LVIII.

Laminus Bernallus, cupiens in vita prævenire id, quod jam in testamento disposuerat, per donationem inter vivos de anno 1623. pro erectione montis ejus familie in substitutionem puellarum, ac aliorum indigentium, non nulla bona in ipso donationis instrumento assignavit cum solita narrativa, quod ad se pleno jure spectarent, sibi reservata donec viveret facultate administrandi, ac etiam alienandi ad effectum erogandi pretium in alia bona, vel jura; Cum autem donatore defuncto, pro aliquibus ejus obligationibus serian fideiussoris contractis de anno 1616. bona, vel jura, ut supra assignata, in parte evicta, vel subhastata, seu adjudicata fuissent; Hinc oritur controversia inter dicti montis administratores, vel interefactos, ac donatoris heredes super reintegracione, ex parte administratorum, vel agentium pro monte, communicatis aliquibus Responsis, vel allegationibus hinc inde editis, de proprio iudicio expetitus fuit.

In dictis autem Responsis, vel allegationibus, dotè quidem, ac nimium elaboratè, quasi per speciem formalis tractationis, assumpta fuit questio, de qua supra disc. 51. & 2. seqq. ac etiam sub tit. de dote disc. 157. An scilicet, & quando donans teneatur de evictione, expendendo vulgarem distinctionem, an donatio incipiat à traditione, vel à promissione, magis verè utper dicit distinctionis applicatione, super qua verè cadunt controversiæ, cum juris theoria in abstracto videatur extrà questionem.

Commendando autem laborem, ac ingenium, Respondi quod mihi extranei videbantur isti termini à casu præsentis controversiæ; Illi siquidem casum in casu evictionis, quæ sequatur alias quam ex facto, vel culpa ipsius donatoris, puta quia possidendo bona, quæ bona fide putabat esse sua, & libera, eorumque liberam dispositionem habere, illa donet, deindeque detegatur esse aliena, vel auctorum hypothecis, ac oneribus obnoxia esse, atque in his terminis, verè, ac propriè dicta questio cadit.

Sive ubi onus, proveniat quidem à facto ipsius donatoris, vel alias illi bene notum sit, sed cadere valeat dubitatio, an sit onus reale, & connaturale, quod cum ipse re transeat in donatarium, vel legatarium ad materiam text. in *l. si res obligata, ff. de legat. 1.* putà in casu consignativo super ipsa re imposito, in quo cadat quæsitio, an importet onus reale, vel personale, (cum in reservativo sit extrà controversiam, ut sit onus reale, ac intrinsecum) ex iis, quæ cæteris rela-

tis habentur plene deducta per *Gen. de cons. five per Rameucium eximium hujus Curiz Advocatum in Responsiohì impress. quæst. 79. ex m. 4. ad fin. de Marin. resol. 12. lib. 1. & Rot. in decisione registrata apud Merlin. ibid. & repetit. decif. 143. part. 5. recent.* Et habetur sub tit. de feud. & sub alio de consibus.

Ex quibus, ac aliis apud eos patet, quod sola quæsitio cadit super natura census, vel alterius oneris, an scilicet dicatur onus reale, an intrinsecum, vel potius personale, quoniam posita hæc secunda qualitate, extrà controversiam est, ut onus sit donatoris, non autem donatarii.

Et consequenter, cum in hac facti specie ageretur de debitis indifferenter mere personalibus, & quantitatis, & forsitan, ut dictum est alienis, ac fideiussoris, planum est, ut bona, donata, quæ jam erat in dominio donatoris, censentur ab iis oneribus exempta, utpotè penes ipsius donatoris personam remanentibus, qui teneatur ex parte sua facere, ut donatio sortiatur effectum.

In idem quoque suffragante conclusione, de qua d. tit. de 7 dote disc. 157. Olea de *sol. jur. tit. 7. q. 2. n. 10. Rota dec. 281. n. 2. par. 10. recent.* & in aliis, ut scilicet etiam in casu, quo donatio incipiat à traditione, adeò ut, iuxta receptam distinctionem; regula fit pro evictionis exclusione, adhuc ac præstantia sit, ubi donator sciat rem esse alienam, vel alteri effectam.

Ac etiam altera conclusione, de qua eadem dec. 281. n. 1. part. 10. *Gen. de d. q. 79. n. 17. & seqq. & per totum, Gratian. discip. 611. n. 7. & seqq. & d. disc. 157. de dote*, ut scilicet in trect obligatio evictionis, vel estimationis, ubi agatur de donatione ad ipsas causas, sive ad favorem personæ condonate, ac prædictæ, adeò ut sit facti donatoris verisimilitudina, ac prædictæ, adeò ut sit facti donatoris verisimilitudina, cuius potius, quam juris est quæsitio, ex deduct. *d. disc. 157. de dote, & alibi*; Et hic videbatur casus, Tum ex qualitate operis ad favorem familie, Tum etiam ex nimium enixa voluntate desumpta quoque ex testamento; Quæ tamen ponderabam ad exuberantiam, cum verè non effemus in casu questionis circa evictionis præstationem, sed in diversis terminis, ut supra ideoque mihi videbatur casus planus favore Montis donatarii.

ANNOT. AD DISC. LVIII.

Notatum est supra ad disc. 51. & seqq. Et conferunt deducta sub tit. de Legat. disc. 26. occasione agendi de articulo, an & quando Legatarius teneatur ad onera rei legatæ, vel potius spectent ad heredem.

CAPITOLANA PECUNIARIA PRO PRINCIPE ROCCHÆ, ET DOMINICO ANGRISANO CUM JOSEPHO FRANCISCO COPPOLO.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus ut infra.

Facta per patrem donatione bonorum uni ex filiis, sub lege ut post mortem patris teneatur ea conferre, & communicare, cum aliis filiis, adeò ut omnium filiorum æqualis esset conditio; An pro ea rata, quæ caderet sub aliorum filiorum portionibus, bona continuare dicantur in dominio patris, adeò ut affecta sint ejus creditoribus; Et de simulatione donationis in fraudem creditorum; Et de processu executivo contra donatarium tertium possessorem.

SUMMARIUM.

- 1 *F*acti series.
2 *R*esolutio casus.
3 *D*istinguuntur inspectiones.
4 *Q*uomodo sit decidenda questio super simulata donatione, ac in fraudem creditorum.
5 *D*e eodem, & de differentia ubi principaliter agatur inter donantem, & donatarium, & ubi agatur cum tertio.
6 *D*e circumstantiis, ex quibus frans presumatur.
7 *A*n medietas dicatur esse in hereditate donatoris ratione reservationis, & n. 8.
8 *H*eres gravatus dicitur perfectus Dominus.
9 *D*e conclusione, de qua n. 7.
10 *S*umma reservationis in donatione non debetur in pecunia, sed in bonis.
11 *D*onatio inter patrem, & filium non præsumitur. *Card. de Luca Lib. VII.*

- 12 *D*onatio in dubio non præsumitur.
13 *D*e differentia ubi agatur inter filium donatarium, & alios fratres, & tertium creditorum pro excludenda donatione.
14 *R*eservationis factæ pro filiis non importat perfectam donationem.
15 *A*n, & quando contra tertium donatarium, seu ejus heredem procedi possit executivè, & n. 17.
16 *T*ransactio est prius rescindenda per tres conformes.
17 *D*e eodem, de quo n. 15.

DISC. LIX.

Dominicus de Arrigo rationem camporiam exercens, cum Jo: Baptista Campanario, morti proximus, cum filium in pupillari ætate relinqueret in testamento deputavit dicti negotii instigatorem, seu administratorem pro ejus parte Antonium sibi pro mercede, tam dictæ administrationis, quam tutelæ, assignata quadam participatione utriusque; Cumque Princeps Rocchæ, & Angrisani creditores dicti negotii socialis etiam ex causis initium habentibus vivente Dominico, quædam computa foldissent cum præfatorum Antonio, qui jam de annis 1642. & 1647. quorundam bonorum penè totum ejus assem absorbentium, donatione fecerat Nicolao filio; sub ea lege, ut bona donata post ipsius donatoris mortem aliis ejus filiis, ac fratribus respectivè, æqualiter conferre, seu communicare deberet, dictoque Antonio defuncto creditores prædicti obtinuisse mandatum executivum contra ejus bona hereditaria, atque Joseph Franciscus alter filius tanquam hæres dicti fratris donatarii defuncti, repudiata patris hereditate, ut dicti mandati executionem impediret, opposuisset tanquam tertius de illa cautela, quæ Angeli vulgò nuncupatur; Hinc delata causa appellations in quodam concilio apud A. C. coram isto disputatum fuit de puncto executionis dicti mandati super bonis donatis, donatione, & cautela prædictis non obstantibus, atque post plures disputationes, decreta fuit executio pro sola medietate, utpotè cadente sub dicta reservatione ad favorem alterius filii, & in hoc statu ad hæc causa pendet.

In his attem disputationibus, tres fuerunt puncti ad hæc materiam pertinentes; Primò scilicet super invaliditate dictæ donationis, utpotè simulatæ, ac in fraudem creditorum; Secundò an saltem medietas ratione dictæ reservationis esse diceretur in hereditate donationis; Et tertio circa ordinem, an scilicet contra dicti donatarii heredem procedi posset executivè; Vel potius procedendum esset in solo iudicio reali, vel rei persequatorio, quod ratione hypothecæ solum competet contra tertii possessorem titulo singulari.

Primus punctus videbatur potius facti, quam juris utper fraudis, vel simulationis præsumptionibus, & argumentis, super quorum pondere, & efficacia, certa, & determinata regula dari non potest, cum juxta generalem naturam omnium conjecturalium, de qua in omni ferè materia præsertim verò, ac frequentius sub tit. de fidei. totum commissum sit prudentis Judicis arbitrio regulando ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, ex quibus in uno casu aliqua conjectura licet modicè, ac leves videri possunt sufficientes, in altero autem eadem, ac aliæ longè majores, & ponderosiores non sufficiant, adeò ut, sicuti pluries ad veritatem manifesta sit ineptia, doctrinæ, ac declinationes in uno casu editas, alteri indefinite applicare, vel cum regulis generalibus hæc materiam regulare, suffragante solum regula generali præexistentiæ, vel non præexistentiæ causæ simulandi, Non quod causa ad id præcisè necessaria sit, quoniã data sufficienti probatione simulationis, talis defectus negligitur, sed ad effectum regulandi arbitrium pro dicta probatione, quæ concurrente verisimili causa, levior, ac imperfecta sufficit, ea verò deficiente, major, magisq; perfecta consideratur, iuxta distinctionem, quam hæc frequenter, ac vulgarem habemus, juris dispositioni, ac ratione bene innixam.

Advertebam quoque in proposito hujusmodi probationis, ac arbitri regulandi, nimium referre, an de simulatione agatur principaliter inter ipsos donatorem, & donatarium, vel habentes causam ab eis pro nullitate actus; Vel ubi de hac ageretur incidens cum tertio ad solum effectum evitandi præjudicium, quod huic resalter; Primo etenim casu strictius, ac rigorosis proceditur, cum sit impugnare factum proprium, propriamque turpitudinem allegare, ideoque non de facili debet quis admitti ad allegandum proprium, vel proprii auctoris mendacium, secus autem in altero, juxta distinctionem, de qua præsertim habetur plures sub tit. de dote, occasione agendi de dote confessata, ac etiam habetur plu-

ries sub tit. de fideicom. occasione agendi de praesumptiva, seu admittentia probatione filiationis, & sub tit. de alienat. & contradi. occasione agendi de jure patriae potestatis, vel emancipationis filii familias, cum similibus.

In hac autem facti specie mihi videbatur, quod sufficientia adesse hujusmodi fraudis, ac simulationis probabilia argumenta; Primum ex illarum regionum ferè generaliter more, quod parentes hujusmodi donationes, nedum stabiliunt, sed etiam mobilium, ita simulatè faciunt filii clericis, tam ad effectum exemptionis à gabellis, & oneribus laicalibus, quam ad effectum ita se reddendi tutos à reprobatione, ac molestiis Commissariorum pro debitis communitativis, unde prohi, & periti Episcopi, vel Superiores Ecclesiastici, ex quadam aequitate in bonum publicum ipsorum quorum laicorum tendente, tueri solent hujusmodi bona donata, utpotè de dominio clericorum ad dictum effectum reprobationis, sedus autem ad alterum exemptionis, nisi pro congrua rata cadente sub patrimonio, ad ejus titulum sit promotus, vel debeat promovetur, regulando prudens arbitrium tam circa excessum, quam etiam circa tempus ante promotionem, pro facti circumstantiis, sinceritatem, vel respectivè fraudem redolentibus, ut forte insinuabitur ad materiam clericorum, & ecclesiasticae immunitatis sub titulo Miscellaneo rerum Ecclesiasticarum.

Secundo ex pluribus insolitiis, ac affectatis cautelis, & clausulis, ex quibus fraudis, ac simulationis suspicio, vel conjectura delumini solet; Tertio fortiter ex verisimili causa simulandi, quoniam licet debitum contractum esset post donationem, at tamen initium trahebat à causa praecedenti susceptae administrationis, pro qua intrabat etiam hypotheca legalis dum agebatur de administratione rerum pupillarum; Et quarto demum clarior à dicta lege, ferè conditione communicationis, seu aequalis participationis aliorum filiorum natorum, ac nascendorum cum reservatione usufructus ad favorem ipsius, unde clarè dignoscatur, quod id non proveniret ex aliquo particulari donatarii merito, stante potissimum ejusdem pupillari aetate dictum meritum proprium excludente; Verum cum agatur de materia arbitrariorum, ac ingeniorum varietatem, quam data etiam expeririunt aequali doctrina, & aequali integritate, id quod mihi sufficiens videbatur, insufficientis visum est iudici.

Quò verò ad secundum punctum, cui iudex adhæsit, quod scilicet donatio abdicativa domini à donatore, & translativa in donatarium, verificaretur solum de medicata, dicebant Scribentes pro reo convento, quod attentò sentit litterali verborum, omnia bona donata erant filio clerico, cui tanquam per speciem fideicommissi, in iunctum erat onus de tempore mortis patris restituendum aliis fratribus proprias portiones, si ve patenti quòd ipsi reliqua paternam bona insolidum obinerent juxta naturam collationis, vel imputationis spectato sine per patrem volito aequalitatis inter eos, ideòque id non impediret interim translationem domini in ipsum translatarium; Adinstar eorum, quae habentur pluries sub tit. de fidei. & sub altero de feud. ad materiam Bullae Exonorum, circa dominium verum, quod esse dicitur penè heredem restitutionis onere gravatum pendente conditione, quae potest decedere per premorientium substitutorum, si ve quod ipsi non curarent fideicommissum agnoscere, unde propterea ad duo inferebant; Primum scilicet, quod cum ipsemet reus conventus ejus favore dictum onus adiectionis erat illud non curaret, ita ob non factum pactum restitutionis, per non jus decrecendi, sed jure continuationis, bona continuabant in hereditate primi donatarii per ipsum possessa, cum ita sibi magis expediret; Et secundo, quod ita aliis filiis ex tunc, & ab initio eadem bona pro eorum portione donata essent.

Converso autem ego scribens pro creditoribus dicebam, probabilius esse, ut posita etiam sinceritate, ac validitate donationis quoad donatarium in ejus portione, altera tamen portio conferretur non donata, sed solum assignata, seu destinata alteri filio; idque probabam cum alibi deducta brevi decis. 663 par. 3. recent. pluries recepta, & quae in Curia circumferretur tanquam magistralis, quod scilicet facta donatione bonorum, sibi relevata aliqua summa pro facultate testandi, ista summa non debetur in pecunia, sed in bonis pro rata, ex ea ratione, quia pro hac rata non censentur donata, seu non comprehensa in donatione; Sic à pari, quoniam donator non processit per viam substitutionis, vel oneris restituendi, sed per viam coequalis primae, ac directae successione, in qua termini collationis cadunt, cum inter gravatum, & substitutum non dicatur conferri, sed restitui.

Aliqua tamen probabilis difficultas cadere videbatur circa alterum motivum implicite donationis; Circa quod deducebam ea, quae habentur supra decis. 40. & 41. super donatione irrevocabili non inducenda inter patrem, & filium, nisi amplexudo verborum, & clausularum, ac etiam juramentum, vel causa in jure excepta, id probarent, tanquam per speciem limitationis regulae prohibitive, ex plenè firmatis in ibi allegat. Reggion. bonorum 23. Febr. 1646. coram Corrado impref. dec. 383. part. 9. recent. repetit. post Merlin. de pign. decis. 110. & in ejus confirmatoria 23. Januarii 1647. coram eodem, unde cum in praesenti processum esset per viam simplicis reservationis, nulla tubesse videbatur ratio, ob quam ab initio perfecta, ac valida donatio inter patrem, & filium deduci posset.

Atque advertebam sufficere, ut ex his dicti posset quod verliaremur in dubio pro donationis exclusioni; Tum ex pluries infinuata conclusione, de qua Tiraq. in l. si unquam verbo donatione largitus nu. 106. & seq. Cavaler. dec. 603. n. 5. & decis. 4. nu. 2. & seq. par. 9. rec. & frequenter in dubio, etiam inter non prohibitos, donatio praesumenda non est, quando alter possibilis titulus, vel intellectus dari potest, multò verò magis inter prohibitos; Tum etiam, si quae difficultas in proposito cadere posset, ea procedere inter ipsos patrem, & filium, si ve inter filium donatarium, & alios fratres de paterna aequali successione contententes, adeò ut omnes contenderent de causa lucrativa, fecis autem, ut in praesenti, in concursu creditorum foventium causam onerosam, pro qua juxta nimium frequentia, & recepta axiomata in dubio contra foventem causam lucrativam est respondendum.

Et in idem conferre dicebam, quae habentur plenè apud Casanat. conf. 45. per tot. Cancr. var. par. 3. cap. 7. num. 81. Seraph. dec. 1265. num. 1. in princ. quod reservationes factae pro filiis non importent donationem perfectam, ac translativam domini ob initio, sed solum jus successione, cum qualitate tamen haereditaria, ac jure peculii juxta ea, quae habentur supra decis. 1. & 2.

Demum quoad tertium punctum; Quando ageretur de exequendo super toto, & sic etiam super portione propria donatarii ex capite nullitatis ratione simulationis, tunc agnoscebam difficultatem, quoniam oportebat prius tollere de medio donationem in judicio ordinario, rescissorio, vel annullativo, quo mediante bona redirent ad patrimonium donatoris, à quo scilicet fuerunt, ut postmodum super eis tanquam in bonis debitoris, creditores suos jus exercere possent, adinstar eorum, quae in simili habentur apud Cavaler. dec. 530. n. 4. dec. 86. n. 9. par. 6. rec. & alibi pluries, quando obset transactio, quae invalida praetendatur cum similibus; Sed quoad dictam aliam portione, cum ex praemissis constat, eam nunquam abdicatam fuisse à donatore, ac patrimonio donatoris, ita dicebam non intrare difficultatem; Et nihilominus, ubi etiam de stricto juris rigore ille dicendus esset tertius, adhuc tamen cum forever causam lucrativam, ex illa aequitate, de qua in his terminis processus executivi contra donatarium habetur supra decis. 45. hujusmodi rigor attendi non deberet, cum in hac materia notabilis differentia esse videatur inter tertium possidentem ex causa onerosa, & alterum ex causa lucrativa, ut advertitur apud Buratt. dec. 166. n. 7. & in sua materia sub tit. de judic. occasione agendi de puncto, an, & quando directè, & executivè agi possit contra tertium, in quem lite pendente, si ve imminente executione, alienatio facta sit.

Potissimè verò, quia in effectu id continebat inane circuitum, quoniam licet illud debitum directè cum donatore contractum esset post donationem, attamen illud prius habebatur cum ratione bancharia per ipsum donatorem administrata, & pro qua, ut supra, ejus bona ex hypotheca legali affecta erant ab iplo initio susceptae administrationis, idque per eundem rationis, ac pupilli creditores deduci poterat, ex recepta conclusione, de qua frequenter in sua materia sub tit. de credito & alibi, quod creditor dicit procurator sui debitoris, ejusque nomine deducere, ac exercere potest omnia jura ipsi competentia; Et sic, quod obligatio per administrationem postmodum contracta ad favorem creditorum rationis administratae, non importaret novum debitum tunc contractum, sed potius recognitionem veritatis ejus, quod jam debebat, ex dicta causa de praerito, & ante donationem.

ANNOT. AD DISC. LIX.

Super iis quae concernunt simulationem donationis, videantur deducta in hoc cod. tit. decis. 63.

Discur-

Discursus generalis instructivus, seu informativus ad requisitionem Magnatis in materia infinuationis donationis.

S U M M A R I U M.

- 1 Ocaso edendi discursus.
- 2 Infinuationis terminus de jure communi congruit donationibus.
- 3 Sed in Statu Ecclesiastico ex Constitutione Aegidiana congruit omnibus contractibus minorum.
- 4 De dicta Constitutione Aegidiana, ejusque extensione, & de differentia inter Aegidianam, & Carpensensem.
- 5 De quaestione circa Aegidianam infinuatione cadentibus.
- 6 De jure, quod induxit infinuationem in donationibus excedentibus aureos 500.
- 7 De ratione, ob quam dicta solemnitas introducta est.
- 8 Si infinuatio non sit, donatio corrumpit in solo excessu auro 500.
- 9 Aurei 500. quantor scitos nostri temporis faciant.
- 10 Etiam hodie viget necessitas infinuationis rejecta contraria opinione.
- 11 Nisi accedat juramentum, per quod cessat.
- 12 An, & quando juramentum non faciat hanc operationem, si assunt Statuta.
- 13 De Statuto Urbis praescribente infinuationem in donationibus excedentibus scuta 150.
- 14 Quomodo istud, & similia statuta regulari debeant circa actus juratos.
- 15 Locum habet statutum etiam in donatione inter conjunctos, & patrem, & filium.
- 16 Vel in donatione facta, quae resultat à remissione debiti, sive in retroactione.
- 17 Donec donatio infinuatur dicitur imperfecta, & potest revocari.
- 18 Non potest fieri infinuatio post mortem donatoris, ab ipso consensu haereditis.
- 19 Neque post lapsum terminum statutarium.
- 20 An infinuatio possit renunciari.
- 21 Distinguitur inter jus commune, & statutarium, & de ratione differentiae.
- 22 An infinuatio praesumatur ex lapsu temporis.
- 23 An debeat intervenire in continenti, vel ex intervallo.
- 24 Cui incumbat onus probandi affirmativam, vel negativam infinuationis.
- 25 Coram quo iudice fieri debeat infinuatio.
- 26 Tertius non opponi de hoc defectu.
- 27 De jure communi in puris donationibus haec solemnitas requiritur, idèò vara est.
- 28 Non requiritur in donatione, quae ita fiat manualiter actum facti.
- 29 Item de donatione facti per lacerationem, vel restitutionem scripturae.
- 30 Neque requiritur in donatione causa mortis.
- 31 Nec in donatione juris quarendi.
- 32 Quod declaratur.
- 33 Neque in annua vitalitia praestatione infra summam.
- 34 Quando ratio praevaleat legi, vel è contra.
- 35 Quid in donatione per Episcopum familiaritatem.
- 36 An requiritur in donatione, quae fiat occasione transactionis.
- 37 Neque in donatione accessoria venditionis.
- 38 Vel in actu geminato.
- 39 Aut in ea, quae fiat coram iudice, & penè acta.
- 40 Sive in reciproca.
- 41 Neque in onerosa, vel remuneratoria, quoad declaratur.
- 42 Et in altera cum onere primogeniturae, vel fideicommissi.
- 43 Et in ea, quae fiat in Ecclesia, vel cause pie.
- 44 In facta confectione ingressus in religionem.
- 45 Et pro dote, seu confectione matrimonii, quod declaratur.
- 46 Et in causum studii, vel militiae.
- 47 Quid in donatione, quae fiat per clericum, vel alias non subditum statuto.
- 48 Quid ubi donator sit subditus, sed donatarius exemptus.
- 49 De aliis ad materiam.
- 50 Quid ubi extra territorium statutis.
- 51 Non requiritur in reservatione feudis.

ANNOT. AD DISC. LX.

Um in Rota, aliisque Romanae Curiae Tribunalibus, nimium frequentes habeantur quaestiones super Card. de Luca Lib. VII.

contractum invaliditate ex defectu infinuationis, atque pleraque habeantur, quae ab infinuatione donationum extranea sunt, quod apud pragmaticos in sola littera auctoritatum ambulantes frequentia producit aequivo, capiendi quid pro quo; Hinc proinde quidam nimium studiosi, ac elaboratus Magnates, intellectus tamen claritate à natura non multum dotatus, (quod dictum effectum capiendi quid pro quo de facili operatur,) occasione cuiusdam controversiae coram eo agitatae, nec requisivit, ut super hac materia infinuationem praerem, & quando illa desideranda sit, necne; Quare discursum informativum deluper edidi, ut sequitur.

Quamvis attentata juris communis dispositione hic infinuationis terminus, in ejus lata significatione congruus omnibus, qui apud Iudicem in actis publicantur, adapretur solum donationibus, in quibus per legem modernam Codicis hac solemnitas inducta est; Attamen, quia Aegidiana Constitutio edita per Aegidium Sedis Apostolicae tunc Avenione morantis (juxta unam opinionem in provinciis Marchiae, & Aemiliae, juxta verò alteram, sit univèrsa Italica temporali ditione Ecclesiae legatum) Statutum est, ut omnes contractus quomodolibet obligatorii, ac praediciales minorum utriusque flexus hanc solemnitatem habere debeant, ut coram iudice, ac penes ejus acta infinuentur, quod Cardinalis Carpensis dictae Provinciae Marchiae Legatus successor ad quoscumque contractus mulierum ampliavit, b Dictaque Constitutio Aegidiana, non autem Carpensis, ad Urbem, ac univèrsam Statum Ecclesiasticum immediatum per Summos Pontifices, Sixtum IV. & Paulum III. extensa fuit. Hinc proinde resultat, ut super hac specie solemnitatis, indefinitè in omnibus contractibus, ac obligationibus per minores, ac mulieres respectivè, adeò frequentes habeantur quaestiones, quamvis non agatur de donationibus, sed de alia contractuum specie, cum id non proveniat à dispositione juris communis, quod in donationibus tantum hanc solemnitatem praescripsit, sed à dicto jure particulari, circa quod frequentius ad duas species, quaestiones restringuntur; Primum scilicet ad illam compatibilitatis, vel incompatibilitatis cum locorum Statutis particularibus, quibus Statutum generale cedit; Et secundo super non usu, cum in plerisque ejusdem Status Ecclesiastici immediati locis praetendatur hujusmodi Constitutio, vel solemnitatem ullo receptam non esse.

Quatenus igitur pertinet ad peculiares terminos infinuationis requisitae in donationibus, Lex antiqua, & media eam, non cognovit; Experientia verò docente, quod ob crescentem hominum malitiam ob imbecillis iudicii personis per fraudem, ac circumventionem, ab aliis verò quamvis perfecti per vim, & metum, seu aliam machinationem, bona, cum hoc donationis titulo captabatur, hinc supra infinuatum jus novam, hanc solemnitatem introduxit, ut scilicet postquam donatio facta esset, coram iudice ab eodem donatario, vel ejus mandatario, quoties dictam summam 500. aureorum excedat, infinuari debeat.

Ita lege credente, ex hujusmodi actu duplicem resultat effectum dictorum inconvenientium consilium; Primum scilicet, ut iudicis auctoritas, ac iudicii calor, violentiae, vel circumventionis exercitium excludat; Et secundo, ut ita lex certa reddatur de voluntate perseverante donatoris in libertate jam constituti.

Ubi verò haec solemnitas omittatur, actus non corrumpit in totum, sed in sola summa excedente, firma remanente donatione intra limites dicti aureorum 500. juxta magis communem, ac receptam, quamvis non pacificam opinionem, pluresque contradictores habentem; e Nisi alia extrinseca accedat probatio deficientis voluntatis, cum tunc, non ex hujus positivè solemnitatis defectu, sed potius ex illius naturae, & consensu, omnimoda infectio resultat; Dicitur aureis 500. importantis scuta 700. circiter nostrorum temporum.

Quamvis autem plurimum sensus sit, ut haec solemnitas ab aula recesserit; Verius tamen est dictam juris dispositionem adhuc vigere; Quia verò nimium rari sunt casus, in quibus ad praxim dedicatur, suamque faciat operationem, ratione juramenti, in quibuscumque actibus inter vivos quoad de communi stylo apponi soliti, quod ex Sacrorum Canonum dispositione ubique recepta cessare facit illas nullitates, quae ex sola subtilitate, vel dispositione juris positivè, non autem

autem ex defectu juris naturæ proveniunt ob generalem rationem, ut iurisdictionem religio afficere, ac servari debeat, quoties id abque salute æternæ interitu, vel abque favoris primario publici præjudicio sequi potest, unde propter eam neglecta contraria sententia, magis communiter receptum est, ut donationes juramento manitæ huic solemnitati non subjaceant, eaque non obstantè validæ, ac firmæ existant. b

Hinc proinde, in plerisque præsertim Italicæ ditionibus, & locis, edita fuerunt Statuta hanc juris communis dispositionem renovantia, dictæque cessationi occurrentia, vel cum directa juramenti annullatione quoties Apostolica auctoritas in forma specifica concedat, (cum laicali potestati id abque dubio concessum non sit;) Vel cum ea indirecta, quæ dictæ laicali potestati conceditur, adimendo scilicet fidem scripturæ, vel præsumendo alias actum dolo, vel metu extortum, ita inducendo præsumptivam probationem defectus juris naturæ, quo posito actus corrumpitur, non ex dispositione ipsius juris positivi, sed ex defectu consensus, ac juris naturæ. i

Inter loca verò, in quibus ita statutum est, ipsa Urbis Roma recessit, ubi ex ejus particulari Statuto (quod tamen proprium districtum 40. miliarium non egreditur,) cautum est, ut donationes, quæ summam bicentium ducatorum de carolenis excedunt, illam scutorum centum quinquaginta monetæ currentes decem juliorum pro quolibet constituantur, intra sex menses, atque per acta diversis Notarii, coram iudice insinuari debeant, ac aliis in summa excedente, juramento non obstantè, invalidæ sint, nulliusque roboris, ac momenti, intra summam prædictam tamen validæ; / Cumque alia similia Statuta per Italiam habeantur, circa summam, vel tempus, aut modum fortè diversificanti; Hinc proinde, quæ de hoc Statuto Urbis habentur, aliis quoque applicari valent, cum eo tamen præsupposito, ut ob specialem Apostolicam confirmationem, directè vis juramenti tollatur, vel quod superius indirectè ejusdem enervatio accedat, adimendo nempe fidem scripturæ, vel metu, ac dolo illud extortum præsumendo, cum alias in actu jurato locum non fortiri receptum sit, ut supra.

Procedit igitur hæc statutaria dispositio, quamvis de donatione inter sanguine conjunctos, imò inter patrem, & filium agatur; / In fine de tacita, & implicita, seu virtuali donatione, quæ ex retrodonatione, seu remissione debiti, ac liberatione debitoris resultat. n

Donec autem illa sequatur, donatio in suspensio stare dicitur, adeo ut ab ipsa insinuatione tanquam actu perficiente expectet validitatem, ideoque ab ea nomen & essentiam recipere dicitur; o Et de consequenti, antequam sequatur, admittitur revocatio seu penitentia, eo modo, quo in jure habemus in illis contractibus, vel alienationibus, quæ fiunt de rebus, vel jurius in libero commercio non existentibus absque alterius consensu, qui actum perficit; Atque hic de consequenti resultat, quod post mortem donatoris fieri non potest, nisi hæredis assensus accedat cum deficiat extremum habile, tunc extantiss, & continuat consensus, p minusque fieri potest aliquo tempore per Statutum præscripto. q

Sub quæstione autem est, an insinuationi renuntiare valeat, seu alia adjecti verba vel clausulæ, ex quibus eadem renuntiatio resultet; Atque ubi dispositioni juris communis, accedit, ut supra altera juris municipalis, quod juramenti quoque vim enervet; tunc recepta est negativa, nè alias lex, verbis, non autem rebus imposita dicatur, dum ex eadem facilitate, cum qua quis inducitur ad donandum, induci potest ad renunciamdum, potissimè vero, quia, ut plurimum hujusmodi renunciations, vel alienationibus, & cautela ex Notario stylo, ac formulario adjecti solent, abque eo quod partes advertant, seu vim percipiant; r In solis autem terminis juris communis, in foro idealis quæstio remanere videtur, ob frequentem usum interponendi desuper juramentum; Si enim istud etiam absque renunciatione, insinuationis defectum supplet, ut supra, multo magis quando utrumque accedit.

Super eisdem insinuationis præsumptione ex lapsu temporis disputari solet; Deciso autem pender ab iis, quæ generaliter de quacunque extrinseca solemnitate actum perficiente habemus, quoties ex intervallo accedere potest, ut concurrente observantia vera, continua, & pacifica, lapsus longissimi temporis hanc præsumptionem inducat, non autem sine observantia. f

Certum enim est hanc esse solemnitatem de necessitate instantaneè in ipso actu non adhibendam, dum ex intervallo

lo sequi potest, quamvis etiam contextualiter sequi possit; Quod tamen mihi non placet, quoniam ita de plano intrat eadem ratio, de qua supra occasione renunciationis, quamvis enim ea fraus, quæ legis inseparabilis gemella est, cum ea nasci solita, cautelam pro communi usu induxerit, ut in eodem donationis instrumento prolocutor constituitur ad insinuandum, & consequenter dicta lex cæremonialis remanere videtur, ad verborum formalitatem redacta; Adhuc tamen durat potentia post actum perfectum, ac donatorem in libero situ repositum, revocandi mandatum, cum talis revocatio sufficiat, quamvis mandatario notificata non sit, ad instar eorum, quæ in mandato dato ad resignandum beneficium advertunt Beneficialiæ, cum similibus. Super probatione item affirmativæ, vel negativæ, certant quoque scribentes, an scilicet donatario incumbat onus probandi hujusmodi solemnitatis implementum, vel potius donatori, seu habenti causam ab eo, illius negativam; Magis tamen probabilis, ac recepta videtur opinio, ut actori hujusmodi onus incumbere debeat, quamvis in negativa consistat; Si etenim donatione effectum sortita, atque donatario bona donata possidente, velit donator agendo infringere donationem, ipsaq; bona donata vindicare, allegando donationis invaliditatem ex hoc defectu, nunc de hoc docere debet tanquam sui intentionis fundamentum; Et è converso donatario agenti pro donationis effectu, ac bonorum & jurium donatorum asequutione, onus incumbit probare validum actum, cujus executionem petit, ita justificando id, quod est suæ intentionis fundamentum. t

In iudice quoque cadere solet quæstio, coram quo hujusmodi solemnitas fieri debet, an tanquam in actu voluntariæ jurisdictionis coram quocumque, licet incompetenti fieri valeat, vel potius non nisi coram iudice competentis donatoris, unde propter eam si esse clerici, fieri non valeat coram laico, & hoc probabilis videtur, quamvis non desint contradicentes. u

De istius vero solemnitatis defectu non licet tertio opponere, sed solum ipsi donatori, vel habenti causam ab eo, per titulum universali, quam etiam singulari. x

In plerisque vero casibus, vel donationis speciebus, etiam ubi lex municipalis accedat, quæ insinuationem in donationibus simpliciter demandat, adhuc ejus necessitas cessat, si de jure non requiritur, quoniam, alio non expresso statuto à jure communi interpretationem recipit, adeo ut raro foris audeat, vel præciter donationum nullitatem ex hoc defectu, cum nimium rare sit puræ, ac simplicis donationes, quæ sub hac regula cadant, non autem sub tot limitationibus, quarum plures habemus. y

Primò scilicet in ea, quamvis pura, ac merè voluntaria, & gratuita donatione, quæ absque scriptura per actum facti manualiter sequatur in pecunia, vel mercibus aliisque mobilibus, vel re movetibus, in quibus hic liberalitatis actus cum solo traditionis facto sequi potest, ac solet; y Undè propter eam, ex rationis identitate, idem dicendum videtur in ea debiti remissione, quæ per eundem actum facti sequatur, restituendo scilicet debiti apocam, vel aliam scripturam, seu deliberatè, atque ad hunc effectum eam lacerando, vel comburendo, ut frequens praxis docet. z

Secundò in donatione causa mortis, seu aliàs ad libitum revocabili; Vel quia in facto esse, ultimæ voluntatis potius, quam contractus speciem habeat, Vel quia ob revocabilitatem ad omne liberum placitum, cessat ratio, ob quam solemnitas introducta est. z

Tertiò in donatione, vel remissione juris quærendi, cum ita donator patrimonium diminuere non dicatur; a Quod tamen intelligendum est in eo jure, quod nec re, nec spe competat, adeo ut utraque pendeat à causa de futuro, quo casu scribentes concordant; Secus autem ubi agatur de jure futuro radicatum in re de præterito, adeo ut de tempore, quod fit donatio, æstimationem recipiat, atque emptorem inveniret pro pretio excedente; Tunc etenim, quoties agatur de actu concepto per viam donationis, vel translativæ renunciationis, quæ idem importat, probabilis videtur solemnitatem requiri, secus autem si agatur de renunciatione extinctiva, sive abdicativa, per quam tollendo se de medio renunciatio locum aperiat, in quibus terminis loquuntur, plerique agentes de donatione juris de futuro trahentis causam de præterito, atque hujus solemnitatis necessitatem negantes, ex quorum mala intelligentia, sive ad hujusmodi distinctionem non reflectendo, resultant modernorum Collectorum æquivoca, negativam simpliciter, ac indefinitè firmando in bonis, vel jurius sub datione

Quartò, ubi incertum sit, an summa excedens sub datione

tionem cadere debeat, necnè, effectumque sortiri, puta quia de annua præstatione ad vitam, vel sub certa conditione resolutiva agatur infra summam insinuationi subjectam, eo quia casus datus valeat, ut nisi in primo anno, quinimò neque in eo effectum sortitur, c Quamvis enim hæc non videatur probabilis ratio, cum ista etiam jura vitalitatis suam habeant pretium, eo modo, quo in qualibet incerta alea ab initio datur, à probabilitate majoris, vel minoris durationis regulandum, adeo ut juxta unam sententiam, æstimationem quoque juxta regulares terminos emptiois, & venditionis, seu cujuslibet correspondenti contractus admittat; d

Attamen quia lex dictæ solemnitatis inducitur ita statuit, eam attendere oportet, quamvis ratio deficiat; Nimirum attendendum est rationi, quæ legis anima dicitur, fuit enim ejusdem legis intelligentia, fuit interpretatio, atque ut scribentium indigentis traditionibus prævaleat, secus autem ubi lex est clara, cum illud sit ejus peculiarare privilegium, ut quamvis dura, atque rationis resistentiam habeat, adhuc servanda sit. e

Quintò ad instar illius donationis, quæ ut supra per solum actum facti sequatur, alioquin sententia est, ut idem procedat in ea donatione, quæ per episcopalam familiariter sequatur, quod tamen non omnino tutum videtur. o

Sextò in donatione impropria, quæ fit in transactionibus, per quas unus ex transigentibus, alteri tam jura, & bona in litem deducta, quam expensare donare, ac remittere proficere, f Et ex eadem ratione, in ea concessoria, & consecutiva donatione, quæ in contractu emptiois, & venditionis, vel permutatiois, aut simili adjecti solet, quia nempe venditor convento pretio conventus, id quod plus res valeret, donare proficere, cum id effectum non sit donatio, neque læsionem excludat, quatenus illam adesse dignoscatur. g

Septimò in donatione geminata, cum secundus actus utpotè implens finem, seu rationem insinuationis super perseverantia voluntatis, insinuationis speciem habere videatur. h

videtur solemnitatem requiri eo quia non potest subditus contrahere cum non subdito, sprete lege sui Superioris, qui proprium subditum inhabitare potuit ad aliàs contrahendum. x

Ista pro nunc in ista materia insinuationis donationum memoria suggerit; Alia verò in foro minus frequentia, 49 quando casus præbetur, examinari poterunt; Et de aliis circa insinuationem requisitam à d. Constitut. Egediana habebitur infra sub tit. de alien. & contract. Ubi etiam de attendendo locum, in quo facta est donatio, juxta regulam generalem aliarum solemnitatum, quæ in contractibus ex statuto desiderantur, nisi affectatè extrà locum actus geratur. y

In feudi autem refutatione quamvis facta sub nomine donatiois, insinuatō non requiritur, quoniam in jure feudorum id statutum non est. z

a l. sancimus, C. de donat. & l. si quis argentum, C. eod. §. 2. in fit. cod. b Const. March. lib. 5. cap. 25. supra disc. 26. & plur. seq. c de his infra sub tit. de alienat. & contract. &c. d Bal. in d. l. sancimus in princ. n. 7. Gabr. conf. 158. n. 6. lib. 1. Rot. dec. 456. n. 4. par. 4. rec. tom. 2. e Fenzon. ad statutum Urb. 150. n. 45. Buratt. dec. 7. n. 6. f Fenzon. ad dictum statutum. n. 32. & seq. Gabr. de donat. conclus. 1. n. 59. Buratt. dec. 7. n. 5. g Apont. conf. 84. lib. 1. Rovit. dec. 48. h Rovit. dec. 48. Buratt. dec. 76. & 924. dec. 58. par. 6. rec. & sequitur supra disc. 33. i de hac materia sub tit. de dote disc. 143. & dicto disc. 33. & supra disc. 29. l Statut. 150. ubi Fenzon. & supra disc. 32. & seq. & disc. 29. m Fenzon. eodem statutum. n. 26. Gregor. dec. 334. n. 4. n Galvan. conf. 37. dec. 69. n. 14. p. 7. rec. dec. 21. 7. n. 28. p. 11. o Menoch. conf. 29. n. 3. & 5. & conf. 318. n. 32. Carpan. de revo. q. 22. Cuvell. de donat. disc. 3. part. 6. nu. 14. Rot. dicta dec. 456. n. 2. par. 4. rec. tom. 2. & dec. 69. n. 15. par. 7. & supra disc. 54. p disc. 69. nu. 15. part. 7. rec. & sub tit. feud. disc. 109. & supra disc. 54. q Gratian. disceptat. 78. 3. nu. 10. Fenzon. ad statutum. nu. 37. Magon. dec. Florent. 55. r Gabr. de donat. concl. 1. n. 9. Rovit. dec. 200. nu. 9. p. 5. rec. f dec. 319. mun. 10. par. 10. rec. cum altero sub tit. de dote disc. 147. & sub tit. de alienat. &c. disc. 1. c supra disc. 29. u Tulch. verbo insinuatō conclus. 196. n. 3. x dec. 126. n. 15. par. 7. rec. y latè Merlin. dec. 692. quæ est repetit. dec. 69. par. 7. recent. nu. 84. z Buratt. dec. 461. n. 1. & 2. Dunozett. dec. 579. n. 2. 2. a Buratt. & addent. dec. 333. dec. 12. 292. 320. & 323. p. 6. rec. & sequitur ex libor. Bald. in l. illud. nu. 11. C. Sa. cresant. Eccl. b agitur in Romana fideicommissi de Urfinis sub tit. de renunciat. c ad litteram in d. l. sancimus, §. si quis autem, Cod. de donat. d supra disc. 54. e Apon. conf. 84. lib. 1. Gratian. disceptat. 531. n. 27. & seq. f dec. 74. part. 5. rec. & dec. 34. & 65. part. 6. g sub tit. de emptioe, & venditione. h Gratian. disceptat. 531. n. 31. & 34. Buratt. dec. 640. mun. 8. i in d. Romana fideicommissi de Urfinis sub tit. de renunciat. l Buratt. dec. 7. n. 7. m Buratt. d. dec. 7. n. 7. dec. 65. par. 6. rec. n dec. 258. & 363. par. 6. rec. cum aliis sub tit. de feud. disc. 94. dec. 200. n. 12. par. 5. rec. o dec. 460. part. 4. rec. tom. 2. dec. 387. & 334. par. 9. dec. 118. par. 6. Orthob. dec. 182. p Gabr. de donat. conclus. 1. n. 28. Buratt. dec. 7. n. 9. Dunozett. dec. 772. nu. final. q Buratt. dec. 461. dec. 161. part. 10. rec. r pluries supra disc. præced. & sub tit. de dote disc. 17. & proximis. f Merlin. dec. 692. repetit. dec. 69. p. 7. rec. n. 88. & seq. t dec. 58. part. 6. rec. cum aliis sub tit. de dote disc. 143. & disc. 22. u d. disc. 22. & 143. de dote. x locis proximè citatis, & supra disc. 33. y d. disc. tit. de alien. & contract. & de dote disc. 17. & 143. G 4 2 Ro

tionem cadere debeat, necnè, effectumque sortiri, puta quia de annua præstatione ad vitam, vel sub certa conditione resolutiva agatur infra summam insinuationi subjectam, eo quia casus datus valeat, ut nisi in primo anno, quinimò neque in eo effectum sortitur, c Quamvis enim hæc non videatur probabilis ratio, cum ista etiam jura vitalitatis suam habeant pretium, eo modo, quo in qualibet incerta alea ab initio datur, à probabilitate majoris, vel minoris durationis regulandum, adeo ut juxta unam sententiam, æstimationem quoque juxta regulares terminos emptiois, & venditionis, seu cujuslibet correspondenti contractus admittat; d

Attamen quia lex dictæ solemnitatis inducitur ita statuit, eam attendere oportet, quamvis ratio deficiat; Nimirum attendendum est rationi, quæ legis anima dicitur, fuit enim ejusdem legis intelligentia, fuit interpretatio, atque ut scribentium indigentis traditionibus prævaleat, secus autem ubi lex est clara, cum illud sit ejus peculiarare privilegium, ut quamvis dura, atque rationis resistentiam habeat, adhuc servanda sit. e

Quintò ad instar illius donationis, quæ ut supra per solum actum facti sequatur, alioquin sententia est, ut idem procedat in ea donatione, quæ per episcopalam familiariter sequatur, quod tamen non omnino tutum videtur. o

Sextò in donatione impropria, quæ fit in transactionibus, per quas unus ex transigentibus, alteri tam jura, & bona in litem deducta, quam expensare donare, ac remittere proficere, f Et ex eadem ratione, in ea concessoria, & consecutiva donatione, quæ in contractu emptiois, & venditionis, vel permutatiois, aut simili adjecti solet, quia nempe venditor convento pretio conventus, id quod plus res valeret, donare proficere, cum id effectum non sit donatio, neque læsionem excludat, quatenus illam adesse dignoscatur. g

Septimò in donatione geminata, cum secundus actus utpotè implens finem, seu rationem insinuationis super perseverantia voluntatis, insinuationis speciem habere videatur. h

Octavò, ubi ipse primus actus coram iudice, vel Magistratu ita sequatur, quod pariter dicta ratio, seu finis legis impleatur, nisi iudicis interventus ad alium finem sequatur, habilitandi scilicet personam donatoris, quæ imperfecti, seu imbecillius iudicii reputatur, unde propter eam in quocumque alio contractu ejus interventus desideretur. i

Nonò in donatione reciproca cum hæc potius emptiois, & venditionis futuræ aleæ speciem habere dicatur, ut quilibet contrahentium ad commodum, & incommodum se habeat. l

Decimò in donatione correctiva ex causa onerosa, 41 putà cum onere alendi, &c. cum tunc impropria dicatur donatio correctiva contractus speciem redolens; m Quatenus tamen onus emolumentum ad limites justitiae communitativæ, vel circa respondeat, adeo ut incertitudo accedat, ut donatarius etiam de proprio demeritis remanere possit, atque onus excedere emolumentum, secus autem ubi certum sit, quod onus emolumentum sit inferius, adeo ut dictum propriè jactare periculum absit, certumque remanet donatarii lucrum in rata excedente æstimationem, quo casu in terminis puræ donationis actus remanere videtur; Idemque in donatione remuneratoria, quod cum eadem moderatione intelligendum est ad limites meritorum. n

Decimò in donatione facta cum onere primogenituræ, 42 vel fideicommissi, vel simili, adeo ut impropria, & causativa dici mereatur; Licet enim aliqui credant, id eatenus procedere, quatenus onus respiciat commodum donatoris, non autem filiorum, ac descendendum ejusdem donatarii; Contrarium tamen est verius, magisque receptum. o

Undecimò in donatione facta Ecclesiæ, vel pia causa. p Duodecimò in facta contemplatione ingressus in Religionem. q

Decimotertiò in causam dotis, vel contemplatione certati, ac determinati matrimonii, dummodò una, vel altera causa fit finalis ac præcisa, vel principalis. r

Decimoquartò in facta in causam studii, vel militiæ. f Et decimoquintò in donatione, quæ fiat per clericum, 47 seu ecclesiasticum non subiectum Statuto, quod fit laicale, ut esset istud Urbis tenet moderna Curia opinio, t Hæc tamen non placet, quoniam ubi etiam ea tenenda esset in iis, quæ sunt clericis, ac exemptis onerosa, & præjudicialia, non tamen admittenda videtur in favorabilibus, in quibus ecclesiasticis utantur statuto tanquā favore, ac privilegio. u

Ubi verò donator est Statuto subditus, donatarius vero 48 rō exemptus, licet non desint contradicentes, probabilis

Card. de Luca Lib. VII.

2 Rotental. de feud. cap. 9. conc. luf. 79. nu. 3 & 12. Rot. det. 253. n. 5. part. 4. rcc.

ANNOT. ADDISC. LX.

DE infirmatione, aliisque solemnitatibus in donatione requisitis, notatum est supra ad disc. 26. cum seq.

ROMANA SEU ALBANEN. VINEÆ PRO MARCHIONE NUNEZ CUM DOMINICO BERTO.

Casus decisus per Rotam pro Dominico, postea concordatus.

AN in donatione facta cum onere donatarii erga donatorem ad vitam, detur lesio, quæ contractus rescissioni locum præbeat.

AN donatarius gravari possit, ac teneri ad onera ultra rei donatæ valorem, seu emolumentum, vel potius, donationi cedendo, onus evitare possit.

ET an in contractu donationis, vel alio de bonis in libero commercio non existentibus absque domini directi vel alterius assensu, detur penitentia in uno ex contrahentibus, altero invito re integra, & ante implementationem assensus, vel ante implementum, quod contractum perficiat.

SUMMARIUM.

- 1 Ad i seris.
- 2 Resolutio cause.
- 3 De punctis cadentibus sub questione.
- 4 Quod in donatione non detur lesio, & quando secus videtur.
- 5 Non intrat lesio in actibus, qui possunt se habere ad damnum, & lucrum.
- 6 De contractu sponsionis, vel alia super incerta alea.
- 7 Quod etiam in ista specie contractus detur lesio.
- 8 Quod vita hominis debeat estimari juxta computationem, hæreditarium, ff ad l. falc.
- 9 Ubi de hoc agatur.
- 10 Quando intrat inspectio læsionis.
- 11 Pretium vidualium varium, & alterabile.
- 12 De venditione vidualium pro pretio, quo valebunt certa futuro tempore.
- 13 De censibus vitalitatis, & Societatibus Officiorum.
- 14 An sit usurarius contractus, per quem mutuatur obliget mutuatarium ad vendendum, vel emendum, seu lucrandum, & conducendum.
- 15 Ex quibus deducatur contractus donationis.
- 16 Donatario non adimplente, resolvitur donatio.
- 17 Non potest donatarius gravari ultra commodum donationis.
- 18 Contrarium quod teneatur etiam ultra emolumentum.
- 19 & 20. Respondetur ad auctoritates in contrarium super conclusionem de qua num. 17.
- 21 Quod auctoritatibus, non expendendo earum fundamenta, non sit deferendum.
- 22 Expenduntur auctoritates firmantes conclusionem, de qua nu. 18.
- 23 Quod contractus, de quo agitur non importet donationem, sed potius emptionem, & venditionem.
- 24 Quod non sit immorandum in vocabulis, sed attendi debeat rei substantia.
- 25 Confessio ad vitam, quem contractum importet.
- 26 In contractibus nominatis non implementum non causat resolutionem, sed actionem ad interesse.
- 27 Feudatarius an possit restituere fundum domino invito.
- 28 Resolvisio induci dicitur ad favorem ejus, cui implendum est ipso volente.
- 29 De articulo, seu conclusionem, an in contractibus expectantibus perfectionem ab alterius assensu, reintegra detur penitentia.
- 30 Pro affirmativa ubi liceat penitere.
- 31 Contrarium, quod non detur penitentia.
- 32 Respondetur auctoritatibus, de quibus n. 30.
- 33 Pro congrua decisione articuli distinguenda sunt plures classes Deorum pro casuum diversitate.

gra, & ante istius concessionem, penitere licuerit, atque à contractu recedere, utpotè imperfecto, flante potissimum ejusdem assensus expresse reservatione in contractu.

Examinando autem singula hæc fundamenta, seu capita; Quatenus pertinet ad primum læsionem, magna inter Scribentes hinc inde fuit questio, an ex eo, quod ageretur de contractu vitalitio, ex quo ob celerem donatoris mortem, donatarius magnum lucrum reportare poterat, intraret termini læsionis, ex eo, quod casus aliter præberet; Sive an idem termini læsionis intraret in contractu donationis, & quatenus intraret, quomodo æstimatio faciendi esset, dum agebatur de onere vitalitio; Ideoque tres erant puncti; Primo scilicet, an intraret læsio in genere, dum agebatur de contractu donationis, Secundo, an eadem læsio caderet in contractu vitalitio; Et tertio super modo probandi læsionem, quod pendebat à modo computationis vitæ donatoris.

Primus punctus planus videbatur pro hac parte; Quamvis enim ex deductis supra disc. 55. regula fit; quod in donatione non intrat lesio, cum ipse actus, de sui natura, & ultra aliâ limitationem, quas hæc regula patitur, ea est ad rem adaptabilis, quando scilicet non agatur de pura, & merè gratuita donatione, sed causativa, seu correptiva, ex iis, quæ habentur eod. disc. 55. unde merito Scribentes pro Dominico donatore, in hoc motivo modicum, vel nullum confitebantur fundamentum.

Quo verò ad secundum, quamvis ex dispositione textus in l. Præses. C. de transfadionibus, & l. de fideicommissis, C. de fidei. ubi Crovisiæ, Canonice in cap. Suggestio de decretis, regula fit, quod in iis actibus, qui ex futura contingencia possunt se habere ad damnum, & lucrum, non intrat læsio, quæ deducatur ex damno, à malo eventu causato, dum poterat eventus bonus causare lucrum, atque æqualiter contrahentes ab initio utriusque se subiecerunt, ut certis rebus haberetur apud Surd. de alimen. tit. 9. quæst. 41. num. 21. & 22. & tit. 4. quæst. 23. decis. 12. 292. 320. & 323. par. 6. recent. & sequis; Idque contractus vitalitio rectè congruit eo modo, quo habemus in emptione, & venditione factus rebus, vel alæ, sive in contractu sponsonis, de quo sub tit. de usuris disc. 36. ac etiam infra sub tit. de contractibus in genere.

Attamen, ut probat textus in d. Suggestio de decimis, cum ibi notatis, non exinde resultat, hæc regulam incapacem esse limitationis, quoties, transcendendo consuetam formam, verè contractus ab initio læsivus esset atenta scilicet æstimatione dubii futuri eventus, seu incertæ alæ, quæ æstimationem quoque recipit, ut admittunt, seu præsupponit DD proximi infra hinc inde allegandi super tertio puncto modo æstimandi, sui regalandi læsionem, & admittunt infra sub tit. de empt. & vend. disc. 1. ubi de emptione, & venditione bonorum ad vitam, ac etiam sub tit. de Regalibus ad materiam locorum montium disc. 30. ubi de læsione in emptione Locorum Montium vinculatorum, atque receptum est in censibus vitalitibus, ac etiam juxta magis communem, vel saltem in Rota, & Curia Romana magis receptam opinionem, in tranfadionibus, super dubio, ac incerto litis eventu, qui æquè bonus, ac malus esse poterat, nam adhuc læsio intrat, habita æstimatione ipsius dubii eventus ex deductis eod. tit. de empt. & vendit. disc. 27. & alibi.

Quare major, ac penè tota disputatio erat super modo probandi æstimationem vitæ dicti donatoris, an scilicet illa regulanda esset juxta computationem positam per text. in l. hæreditarium. ff. ad leg. falciat. Atque super hoc articulo Scribentes hinc inde in pro, improbo, ac inepo Juristarum labore, & stylo, curabant congerere auctoritates, ita qualibet partium affectante majorem numerum, quasi quod ageretur de faciendi electione, vel alio actu collegiatio, in quo major numerus concludat ut frequentior modernus verè ineptus stylus irrepressibilis videtur; Sed quia de hoc puncto jam actum est alia occasione supra disc. 54. hinc proinde ad ibi deducta sufficit relatio.

Potissimè, quia tunc ista inspectio intraret, quando incerta esset ab initio alteratio juri pretii, quæ de sui natura redoleat læsionem, quæ excludi præteridebatur per incertitudinem vitæ juxta casus, de quibus in proximè allegatis locis, quia nempe res, quæ attento ejus intrinseco, & naturali valore valeat centum, vita vendatur pro 20. vel 30. habita ratione incertitudinis vitæ, vel alterius periculi, quod alterationem juri pretii causet, ac juxta ea, quæ ex eadem ratione habentur pluries ad materiam nauticæ se-

noris, vel contractus trini sub tit. de usuris discurs. 1. cum pluribus sequens.

In hac autem facti specie id verificari non videbatur, cum adhuc incertum esset, an futuris temporibus, pretium vini, pro tempore, & accidentibus qualitate, majus, vel minus esse deberet, ob notabilem pretii alterationem, quam in dies in vidualibus cernimus, ideoque non de facili intrat illa probatio læsionis, quæ justificabilis est in bonis stabilitibus, vel aliis, quodammodo certum, ac non de facili variabile pretium habentibus, ac propterea solum attendendum venit illud pretium, quod facta plurimum annorum peregrinatione ex communi judicio reputatur verisimile, juxta ea, quæ apud Canonistas, & Morales habentur pro regulando contractu, de quo in cap. in Civitate, & cap. finali de usuris super venditione scilicet frumenti, vel aliorum vidualium, seu mercium convento pretio, ut valebit aliquo mense, vel tempore futuro, ut dicto tit. de usuris. Ideoque in hac facti specie duplex alea, seu incertitudo occurrit; Primò scilicet circa vitam donatoris, cujus incertitudo aliquam quamvis certam pretii alterationem licitam reddat in compensationem lucri proprietatis, vel sortis, ex iis, quæ in terminis censuum vitalitiorum habentur in sua materia sub tit. de censibus, & frequentius in terminis contractus societatis officiorum, & sub titulo Societatis de officii, ac in aliis supra allegatis locis; Et altera erat dicta incertitudo futuri pretii, quod ex annorum sterilitate, seu alio accidenti impediti commercii vini exteri poterat esse longè malus cum notabili lucro donatarii, ac damno donatio.

Non data verò probatione injusticie pretii ab initio, quod attentis dictis circumstantiis regulandum est, de consequenti intrare non poterat læsio, neque contractus dici poterat onerosus, vel injustus, quamvis obligaret alterum contractum ad emendum ex iis, quæ habentur sub tit. de usuris disc. 4. super questione, an usuraria dicenda esset necne reddite, per quam mutuarius se obliget erga mutuatore emendi, seu vendendi, aut locandi, vel conducendi respectivè, quoniam si conventio est pro justo pretio, nulla dicitur inesse usura, dum nulla inest injusticia ex ibi deductis; Ideoque rejectio hujus motivi mihi quamvis in contrarium Scribenti probabilis visa est.

Quo verò ad alterum motivum, an scilicet donatarius, ultra donationis emolumentum gravari valeat, vel potius in eis facultate repositum sit, non curando injunctum onus adimplere, à donationis commodo cadere; Ego & ceteri pro donatario Scribentes, probare in primis conabamur, quod verè in contractu donationis veritatem; Tum quia talis à partibus appellabatur, cum lando iuxta consuetam inspiduram, multas auctoritates, ac decisiones super positione, quod talis dicens est contractus, qualis à partibus nuncupatur; Tum etiam ob verba promissoria instrumenti, quod donator id agebat, ob amorem, & benevolentiam erga donatarium, id agnoscentem, & gratias agentem, ac etiam ob clausulas in parte executiva, continentis pro consueto Notariorum formulario renunciationem h. nunquam, & l. finali, C. de revoc. donat. ac aliis legibus ad favorem donatorum editis.

Hoc autem positum, quod ageretur de vero contractu donationis, dicebamus exinde resultare, quod ad aliud donatarius urgeri non possit, nisi ad caducitatem, sive amissionem emolumentum, cui donatarius libenter cedebat ex sperata utilitate post mortem donatoris, non obstantem notabili damno jam passo in emptione vini annorum præcedentium, quod pro longè minori pretio vendere oportuerat.

Ad id autem probandum, ego & ceteri, addecebamus dispositionem textus in l. final. Cod. de revoc. donat. & l. 1. & 2. C. de donat. que sub modo, ex quibus patet donatario non adimplenti injuncta sibi onera, sive aliâ contravenienti, 16 quinimò ingratitudinem cum donatore committenti, aliam non esse injunctam penam, nisi illam, resolutionis, vel revocationis donationis, quod etiam patet ex tot casibus, de quibus in præcedentibus super donationis resolutione ob non implementum, sive ob cessantem causam donandi.

Quodque donatarius teneri, vel gravari non debeat ultra donationis emolumentum ex dispositione, vel ratione textus in l. cum proponas, Cod. de pactis, & aliis firmant Bald. cons. 18. nu. 1. lib. 1. Ripa in l. generaliter numer. 114. & sequent. Cod. de revoc. donat. Mant. de tacit. lib. 1. tit. 40. n. 26. & 27. plenè, & ex professo, Rot. in Anconitana bonorum. 9. Decembris 1641. coram Gbiserio, ubi de hoc puncto principaliter actum fuit, ut donatarius teneri non debeat ultra bonorum donatorum emolumentum, ideoque ubi illud negligat, ad aliud cogi non debeat, sed sufficit rem donatam

tam dimittere; Ad quod alii Scribentes allegabant etiam Beloldum conf. 179. num. 75. Et 76. lib. 4. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 58. de reuoc. donat. diffin. 12. Et alios; ac etiam rationem, quod cum donatio sit beneficium, reuolui non debet in maleficium, neque actus de sui natura lucrativus, & beneficium effici debet damnosus.

Et conuerso, quod ubi donatarius, cum expressa obligatione se adstrinxit ad aliquid erga donatorem in vita penitere non possit, neque onus evitare, sub pretestu, quod excedat emolumentum; Scribentes in contrarium (quibus Rota adhæret) adhibebant auctoritatem Fabri in Cod. d. lib. 8. tit. 37. d. ff. 4. Christian. decif. Belg. 1.8. tit. 55. decif. 191. n. 13. Surd. de alim. tit. 9. quest. 2. n. 8. cum sequent. Et n. 19. cum sequent. Colet. de alim. lib. 8. c. 14. mon. 20. Et sequent. Castill. lib. 8. controu. c. 14. n. 20. Et sequent. Hodiern. controu. 1.5. n. 48. Et 54. ac per totum, ubi agendo de articulo, an legatarius gravari possit ultra emolumentum, quod ex legato reportat in donatione, per quam tanquam per actum correptivum donatarius se obligavit, contrarium concludit, cum aliis in decisione edita in causa.

Atque respondendo ad dictas auctoritates in contrarium, præsertim ad d. decif. Anconitanorum coram Gbilerio editam in casu, de quo habetur actum sub tit. de credito d. 13. super puncto, an bona per debitorem creditori data censentur in pignus, vel solum, dicebatur (& in hac parte bene) quæstionem cessare ex facto, quia donatarius præcisè se restrinxerat ad ferenda onera ex bonis donatis cum protestatione nolle teneri de proprio; Et ad conf. Baldi, ac doctrinam Ripæ, & Mantice respondetur, id indulgum esse favore donatoris, ut electionem habeat dicendi donatario, quod, vel impleat promissa, vel restituat donata, stante præsertim clausula, rato manente pacto, quæ hanc operationem faciat, & super qua clausula è conuerso, lo, ut potius ex sensu allegatorum inducta sit favore donatarii super dicta electione, vel adimplendi, vel dimittendi bona nimium insubstantes Scribentes.

Mihi verò ad veritatem reflectenti, istud quoque fundamentum parum tutum videbatur, ideoque non displicuit in hac parte resolutio, quamvis non omnino placeret ejus ratio, seu fundamentum, dum abique ulteriori ratiocinio fuit solum, more pragmatico constitutum fundamentum in dictis auctoritatibus Fabri, & Surdi; Tum quia pro meo sensu dedecet magna Tribunalia, in solo dicto unius, vel duorum modernorum procedere debere, rationes ac fundamenta non expendendo, ut pluries alibi advertitur, præsertim verò latius in Foraliquen sub tit. de emphyteusi d. 3. ac sub tit. de iudiciis, & in relatione, & praxi Curie, occasione agendi de modo tenendi in iudicando, & consulendo, & præ cæteris bene advertit Cyriac. controu. 50. num. 3. & seqq.

Tum etiam, quia Faber verè non decidit casum, in quo donatarius donationi in totum retrocedere sit promptus, ita etiam futuram ipem à se abdicando, ac remanendo in iactura, & damno temporis præteriti, ut in præsentis, sed loquitur ubi firma remanente donatione, quoad bonorum proprietatem, præteritè non teneri ad onus, nisi ad mensuram fructuum ipsius rei donate, quod utique iniustum est, quoniam, ut supra, exerecentia oneris compensatur cum emolumento proprietatis, quod remanere debet in perpetuum post cessatum temporale onus; Idemque videtur sensus Surdi, qui neque ad has distinctiones descendit; E conuerso autem majores, & graviores videntur auctoritates ut supra in contrarium adductæ, magisque stringens ratio prædicta, quod postposito titulo donationis, quæ juxta ejus distinctionem importat gratulatum enlargementem, ac de sui natura lucrum in donatario, & damnum in donatore, contra naturam actus, quæ est, ut sequi debeat oppositum; In idem consuetudinis frater habemus in terminis legatorum cum donationibus irrevocabilium, cum legatum juxta ejus definitionem donatio quoque dicatur, ac propterea isti termini parificentur per Rotam in decisionibus editis in Romana scilicet 30. m. de qua supra d. 36.

Ctedebam tamen punctum esse in eo, quod incongruè applicarentur isti termini donationis, cum reverè veritari videremur potius in implicito contractu emptionis, & venditionis incerte future aliquid tamquam per speciem emptionis seu conductionis bonorum ad vitam, de qua sub tit. de emptione, & venditione d. 1. Sive tanquam per speciem consensu vitalitii & similium, dum ille qui donatoris personam in verbis genere professus est, ita spectato effectu, animam habuit le reddendi certum, donec viveret, de congrua substitutione, non curando de rei proprietate post mor-

tem, ut faciunt illi qui eorum pecunias convertunt in census vitalitios, vel in officia & jura vacabilia, sive in emptiones domorum, & bonorum ad vitam; Et econversò, ille qui verbaliter donatarius dicitur, rei proprietatem emere voluit, cum commodari solitione pretii, ita in plures annos distributa in eo pluri quod importat rata excedens ipsius rei fructus, cum spe assequendi totum, etiam sine damno, ob celere mortem alterius contrahentis, istique mihi videbantur veri, ac propterea termini hujus contractus, non curata verborum formalitate, quoniam, ut pluries advertitur in præcedentibus, lex non est imposita verbis sed rebus, ideoque non rerum vocabula sed substantia veritatis attendi debet, ut præsertim supra d. 24. & in aliis, ubi advertitur, nil referre quod Partes dicant facere contractum donationis, aut permutatorem, vel emphyteusim, si spectata substantia verè importent emptionem, & venditionem cum similibus, ac propterea dicitur verus contrahens onerosus, & correptivus ad limites justitiæ commutativæ, ex quo sicuti emptor, qui sub donatarii vocabulo explicatur, ipso primo mense magnum lucrum facere poterat per mortem venditoris, ita è conuersò subiacere debet damno ex regula, secundum naturam, &c.

Et consequenter siue dicamus istum esse verum contractum emptionis, & venditionis, juxta unam opinionem, siue esse contractum innoctiamum juxta illas varias opiniones, quæ habentur recognoscitur in dicto tit. de emptione, & venditione d. 1. idem est effectus, quoniam etiam in contractu innoctiamato, qui jam executionem seu effectum fortiter cepit, non intrat penitentia, sed solum facilius admititur resolutio ob non implementum favore ejus, cui adimplendum erat ad differentiam contractus nominatis, in quo ex verari intentione, quam Rota & Curia sequitur, non implementum non causa resolutionem, sed solum actionem ad interesse, quoties illud non sit causa omnino finalis, & præcipua, ut præsertim habetur deducum in Afflicto sub tit. de loc. d. 18. & infra sub tit. de contrah. & alibi, & sic totum in gratiam ejus, cui adimplendum est, ac in odium non adimplentis, ne aliàs delictum profit delinquenti, ac noceat innocenti, qui iniuriam in fidei voluntate passus est, ut in proposito pacti resolutivi seu commissorii habetur pluries in d. tit. de contrah. & pactis in genere, & in altero de emptione, & venditione, & sub tit. de feud. d. 57. & alibi.

Ponderando in idem ea quæ habentur per seussitas in questione an feudatarius possit invito domino resutare feudum, ut ita ejusdem feudi servitium, ac oneribus eximitur, quoniam licet regula sit affirmativa, ex dicta ratione, quod illud dicitur beneficium non conferendum in invitum, atamen si domini interfit resutationem non acceptare, verius est feudatarium non posse eximi, & deducitur in sua materia sub tit. de feudis d. 71. ac etiam sub tit. de emphyteusi d. 78. ubi de emphyteuta non admittendo ad rei emphyteuticæ dimissionem, quoties non sit tertius possessor occasionalis, sed obligatus etiam in actione personali cum similibus; Ipsa etiam naturali ratione ita docente, quod qui bonis suis vivens se privat, ut ita de congruo emolumento se tutum reddat donec vivat, se exponendo periculo amissionis ad dies abique aliquo emolumento, ita huic eventuali claudicationi subjacere debeat, dum ipse è conuersò eandem resolutionem prætertere non possit.

Hinc proinde extraneæ videntur omnes auctoritates supra præportate circa resolutionem donationis, quoniam cum hæc de eius regulari natura importet lucrum ex parte donatarii, id circò ejusdem lucris amissionem inducta est in odium non adimplentis, ac in penam non adimplentis, favore tamen ejus cui implendum erat, non autem è conuersò, ad instar adjudicatis, quæ habetur in feudo vel emphyteusi ob non solutos canones, vel non præstita servitia, siue pacti resolutivi, aut regressivi, qui in beneficiis abque resignanti reseruat, ob non solutam pensionem, &c. quoniam est in gratiam ejus, cui non adimpleret quatenus ipse velit.

Solidum autem, ac in puncto juris probabile videbatur tertium fundamentum penitentiae, re integra, priusquam contra actus validitatem, ac perfectionem reciperet ab assensu Domini directi, sine quo vinea non erat in commercio, non quidem ex conclusione juris super revocabilitate simpliciter, & in abstracto sed ex facti circumstantiis, & qualitate resultantè ab expressa reservatione assensu.

Super hoc autem, mirum est quantum Scribentes hinc inde involverentur, ac forte, se quoque involvit decisio edita in causa; Si quidem ego & ceteri pro facultate penitendi seu revocandi scribentes, cum ab abbas auctoritates Afflicti, Loiffred. & aliorum quos cumulat Surd. conf. 484. num. 8. Salgad.

Salgad. in Labyrinth. part. 1. cap. 33. num. 21. & part. 2. c. 21. nu. 40. Hodier. contr. 26. Marcian. disp. 100. Atque ad probandum hanc esse conclusionem perpetuò receptam per Rotam antiquam, & modernam ut in hujusmodi rebus in libero commercio non existentibus abque alterius assensu à quo contractus validitatem, ac perfectionem recipit, re integra assilber contrahentium penitere liceat, deducebam plures Rotæ decisiones nempe apud Achill. decif. 2. de Pact. Pur. decif. 343. lib. 1. & decif. 2. de Transact. Caputaq. decif. 12. n. 3. & 4. par. 3. Cavalier. decif. 253. n. 3. & 5. decif. 755. num. 2. par. 2. rec. repetit. decif. 189. part. 4. in Romana Laudi seu locorum montium 19. Junii 1641. coram Verolipia add. ad Gregor. decif. 410. sub n. 8.

E conuerso scribentes in contrarium dicebant, præmissa locum habere quoad dominum pro ejus interesse, non autem inter ipsos contrahentes ex istis quæ ex Caphal. conf. 318. & Rolan. conf. 63. n. 7. & 8. ac aliis per eum allegatis firmat Gratian. d. 514. n. 1. & 2. & his ponderabam addi posse decisionem Rotæ in Romana Concursus 15. Junii 1665. coram Emeritæ edita in casu de quo sub tit. de Emphyt. d. 58.

Ad auctoritates autem prædictas, quæ in contrarium deducebantur, respondendo, quod plures ex eis loquentur in terminis beneficiis, à quibus arguere non licet ut potè diversam rationem habentibus, siue ubi ageretur de casu in quo dominus denegare possit assensum, qui à mera gratia proveniret, secus autem ubi agitur de emphyteusi hæreditaria in Dominum assensum denegare non potest; Nimium se involvendo scribentes hinc inde in questione de qua inter Regnicolas, an Rex assensum teneatur alienationibus illorum feudorum, & assensus sit ex gratia vel ex justitia; Sive an iste assensus præcisè ab initio necessarius esset, vel potius quando cessante reservatione per mortem donatoris contractus in donatario effectum sortiturus esset super quo etiam dictum multum se extendit.

Reflectendo autem ad hujus articuli veritatem, duas in hoc puncto efformabam inspectiones; Unam super articulo juris in genere, an scilicet & quando in hujusmodi contractibus omnimoda perfectionem ab alterius assensu recipientibus, donec ille sequatur, penitendi seu revocandi facultas detur, & quid relevet; Et secundam applicationis ad casum controversiæ.

Quatenus pertinet ad primam, probiliores videbantur partes donatoris pro exclusione penitentiae, quodque ista etiam data, nil relevaret, ob actionem ad damna, & interesse quod sonat in idem, dicebam tamen aliquam iustitiam donatario assistere in altera inspectione ut infra.

Super dicto siquidem articulo, ponderabam procedi per scribentes hinc inde, ac etiam per Surd. Salgad. & Gratian. ut supra allegatos cum æquivoquo manifesto, cumulando de seipso doctrinas inter se omnino diversas ut potè percipientes diversas causas diversas rationes habentes; Ideoque Doctores de hoc agentes in quatuor diversas classes distinguendi sunt; Primam scilicet loquentium in materia matrimoniali, vel Beneficiali, aliiq; spiritualibus ut sunt Abbas, & alii Canonici in c. super ea de C. appof. cum quibus procedunt d. 18. decif. Achill. Pur. & Caputaq. & d. decif. 775. p. 2. rec. quæ omnes loquuntur in terminis beneficiis, sed ista classis omnino segreganda est, ut potè percipientes dictos terminos spirituales, in quibus liber Partium consensus requiritur in ipso tempore quo actus perficitur, neque intrare potest aliqua actio ad damna vel interesse cum spiritualia æstimationem non habeant circa simoniam.

Et nihilominus etiam in istis materiis intrare potest actio ad damna & interesse extrinseca seu occasionalia extra ipsius spiritualitatis æstimationem, puta ob expensas quas pro expeditione literarum Apostolicarum seu alias facere oportuit juxta deducta sub tit. de Benef. d. 38. & habetur etiam sub tit. de matrimon. in proposito revocantis mandatum datum ad illud contrahendum, siue nolentis servare fidem datam in sponsalibus, si alter contrahens damnatum patiatur.

Alteræ est classis Regnicolarum quorum magna pars est eorum, quos cumulat Surd. Gratian. & Salgad. & alii supra recensiti, sed pariter omnino segreganda venit, ut potè percipientes contractus in totum super illius feudis, in quibus ob jus particulare contentum in constitutione quæ incipit Constitutionem Divæ memoriæ, ista penitendi seu revocandi facultas, etiam ipsi principalibus contrahentibus expressè concessa est abque aliqua obligatione ad damna, & interesse, quoniam licet Afflicti, & alii antiquiores id motivaverint, attamen usu passim receptum est contrarium;

Et consequenter istæ auctoritates ut potè fundatæ in jure municipali, nihil ad articulum faciunt, Eiusdemque classis sunt aliqui German. relati per Rosenthal. de feud. cap. 9. concl. 69. cum seq. percipientes aliquidum Ditionum, seu Regionum leges, vel consuetudines particulares.

Tertia est classis loquentium in terminis alienationis bonorum Ecclesiæ ex quibus sunt plures relati per Gratian. d. 514. d. 514. ista pariter omnino segreganda est, cum id proveniat à speciali privilegio Ecclesiæ concedere claudicationem de qua sub tit. de Alien. & contrah. d. 1. ac propterea nihil ad rem; Atque sub eadem clausula futuri possunt aliqui Hispani agentes de illis majoribus, & primogeniis, in quibus ex particularibus jurijs vel styliis plura recepta sunt de jure communi non procedentia ex pluries deductis sub tit. de fidei. præsertim d. 7. 13. & in aliis.

Quarta demum est classis ad rem faciens doctrinarum, seu auctoritatum percipientium peros, ac generales terminos juris communis, atque in ista nimium rari Doctores numerari possunt, præsertim ex modernis, ut potè æquivoquantibus ac se involventibus cum sine auctoritates vere à casu extraneæ.

In his autem terminis præcisè, distinguendum est, inter jus tertii, cui ad hæc bona prohibita, post primum contractum imperfectum, ante perfectionem ex assensu resultantem, alteri legitime, ac perfectè jus questum sit, & ipsolmet contrahentes vel eorum hæredes.

Primo casu, quoad tertium, rectè considerabilis est imperfectio seu nullitas contractus, qua non obstante res alterè valide alienari seu obligari potuit, atque potiores sunt partes ejus qui postea contraxit juxta ea quæ habentur pluries sub tit. de feud. præsertim d. 31. & 78. ac etiam sub tit. de Regal. d. 10. cum seq. & d. 41. & sub tit. de Emphyt. d. 44. & 58. Ex ea ratione quod per hujusmodi actum invalidum seu imperfectum, abdicatum non est jus à primo possessore alienante; Ac etiam quia tertius, in quem fit alienatio vel obligatio, non sequitur privata fidei alienantis vel obligatis, sed publicam ipsius Principis vel Domini assentientis, quem potius in ejus auctorem agnoscit.

Secus autem in altero casu quoad ipsos contrahentes eorumque hæredes, & successores, quoniam ipsi, secluso jure municipali scripto vel non scripto, non datur hæc penitendi facultas, & quando etiam datur circa ipsum factum præstium quod adhuc non sit præstitum, & ad quod forte Judex ex officio, ob infectionem actus cogere nolit, adhuc extra controversiam competit actio ad damna, & interesse quod sonat in idem ex deduct. per Rosenthal. d. 10. c. 9. concl. 69. cum seq. Hodier. contr. 26. n. 57. & seq. Salgad. in Labyrinth. p. 1. c. 38. nu. 8. & alibi pluries, quod sonat in idem ad effectum quæstionis.

Et consequenter extraneæ esse observabam ea quæ habentur circa distinctionem inter jus hæreditarium vel pacti, & providentiæ; Sive inter assensum concedendum ex gratia, vel ex justitia, quoniam hujusmodi inspectiones percipientium quæstiones, inter Dominum assentiri debentem, & vassallum petentem assensum, siue an successor impugnature valeat, nec ne factum prædecessoris, non autem quoad ipsos contrahentes, vel respectivè quoad tertium ex causa onerosa, à Principe vel domino magis, quam à contrahente mentiente jus suum, ideoque hujusmodi distinctiones, vel non sunt necessariæ, vel non sufficiunt; Si quidem officia venalia, & clarius loca montium aliaque jura cum Principe vel Republica sunt abque dubio mere hæreditaria, atque Principes ubi in vacabilibus non intrat illa ratio fraudis de qua sub tit. de Regal. d. 6. suum assensum de justitia dare tenetur, fortius vero in locis montium non vacabilibus, & tamen si facta ex privata conventionione alienatione officiorum vel locorum montium, postmodum cum assensu vel decreto, alteri perfectè alienatio vel obligatio fiat, sine dubio potiores sunt istius posterioris partes; Et è conuersò cessante jure vel interesse tertii vel ipsius Domini seu Principis, nihil est quod excuset ipsos contrahentes ab obligatione servandi datam fidem, vel præcisè, ac in ipsa specie vel æquivalenti, seu ad quanti interest, in actu præsertim oneroso, & correptivo.

Quò verò ad alteram inspectionem facti seu applicationis; Quamvis theoretica juris, potius huic parti resisteret, quam assisteret, attamen ex facti circumstantiis, eadem theoretica non obstat seu applicari videbatur dupliciter.

Primo scilicet quoniam iidem DD. negantes penitendi, seu revocandi facultatem, ut præsertim patet ex deduct. per Grat. d. 514. procedunt cum præsupposito quod assensus Domini, ut potè concessi solitus, vel debitus, denegantur.

gandus non esset, adeo ad us esse diceretur in probabili statu validitatis, sed quando ista potentia seu probabilitas cessat, quia nempe Dominus requisitus pro assensu, illum denegaverit, tunc omnes concordare videntur pro poenitendi facultate, atque huic motivo nulla datur in decisione congrua responsio, quoniam an dominus teneatur assentiri, nec ne, videant inter se Dominus & Vassallus, nulla vero suppet ratio, ut tertius qui ea intentione contraxit, atque in certa aetate futuri damni se exposuit, ut contractus pacificam obedientiam haberet, teneri debeat huiusmodi lites assumere, seu litium incertae aetate ac sumptibus, & incommodis se exponere praeter intentionem.

Et secundo in idem, quia ipse suum animum declaravit, 44 desiderandi dictum assensum, ob quem de validitate, ac perfectione contractus rursus redderetur, eiusque pacifica observantia, ideoque eo non sequuto in termino praefinito, & fortius declarati domini voluntatem in contrarium, ita cessare dicitur voluntas tanquam a cessante praesupposito.

Neque his refragari credebam repositionem, quod dicta reservatio facta esset cum clausula *Quatenus opus sit* non operativa nisi ubi necessitas urgeret; Tum quia ob strictissimam nedum alienandi, & donandi, sed etiam hypothecae prohibitionem, indubitatum videbatur dictum assensum ab initio necessarium esse, cum contractus ex tunc perfectus esset, ac proprietatis, & domini translationem importaret, ut ipsa aliorum fructuum reservatio percipi diversum effectum, ut scilicet assensus dicti non valeat in conventionem deductus pro conditione, adeo ut requisitus esset quamvis aliis non necessariis, non tamen tollit, quin exinde resultet probatio voluntati alterius contrahentis aliis non contrahendi, nisi contractus validus ac perfectus ita reddatur, suamque pacificam observantiam habere debeat.

Considerandum potissimum ea quae caeteris relatis habentur 45 tur apud Rosenh. d. c. 9. concl. 2. & concl. 69. cum seq. inter casum in quo feudi vel alterius rei prohibita possessio sit prohibitionis alienandi recte conscius, ideoque in mala fide; Et est converso scilicet cui sit alienatio, talem, saltem explicitam, ac certam scientiam non haberet, qualis erat controversa casus, dum ipsemet donator de recenti concessionem obtinuerat cum dicta prohibitione, quam cum juramento acceptaverat; ideoque ex his facti circumstantiis potius quam ex conclusione juris in abstracto, resolutio non placuit in hac parte, rejiciendo istud motivum, cui nulla datur congrua responsio.

Et quamvis per alteram partem, magnum fundamentum constitueretur in dicta sententia A. C. lata contra dominum super petita caducitate; ac propterea inferrebat quod ita declaratum esset, ut assensus non esset necessarius, attamen id continere videbatur aequivocum manifestum, quoniam ut advertitur *sub tit. de Alien. disc. 1.* in proposito alienationis bonorum Ecclesiae, ac etiam pluries *sub tit. de Emphy. & sub altero de fideicom. & alibi*, stant bene simul, actum esse invalidum ob defectum solemnitatibus, vel causae, & tamen non intrare caducitatem, vel alias penas, cum ab istis, cessantibus dolo ac malicia positiva) qualibet causa, quamvis verè injusta, sed diversimode opinata excusata, quae tamen non excusata a nullitate; Et consequenter istud videbatur fragilissimum fundamentum, quod tamen magnam faciebat impressionem.

JANUEN. DONATIONIS PRO NICOLAO MARIA PALLAVICINO CUM NICOLAO FRATRE.

Discursus pro veritate.

An & quando valeat donatio facta per patrem filios legitimos habeat, filio illegitimo: Et quid in hoc operetur juramentum; Et qua occasione distinguuntur diversae illegitimum species.

SUMMARIUM.

- 1. Adh. servit.
2. De prohibitionibus disponendi cum illegitimis.
3. De statuto Januensi super libertate disponendi.
4. De dispositionibus tempore pestis, & belli.
5. An dictum statutum procedat in actibus inter vivos.
6. Statuta quando habeantur tanquam jus commune.
7. De distinctionibus illegitimum.
8. An illegitimi facta donatio cum juramento valeat.

- 9. Quando Doctores non sit deferendum.
10. An donare filii illegitimi sit contra bonos mores.
11. Quod bonis filii naturales tantum suscipi ex concubina sint magis damnati.
12. Quare bonis desideretur requisitum, ut ad mulierem alius non pateat accessus.
13. Quae distinctio filiorum illegitimum detur in matre.
14. Quomodo in hac materia illegitimum procedi debeat.
15. De moribus, & legibus Januensium circa illegitimos.
16. Illegitimi de jure communi non sunt nobiles, sed potius reputantur.
17. De alimentis, & dotibus, quae filii illegitimi debentur.
18. De qualitate matris in proposito considerabili.
19. De eadem conclusione de qua nu. 8. & seq. super valida donatione cum juramento.

DISC. LXII.

FACTA per Carolum donatione jurata inter vivos scuto- rum centum millium argenti Nicolao Mariae filio extra matrimonium vinculum suscipio ex Antonia vidua aliquo honesta, nobiles quoque natales habente, atque Nicolao altero filio ex uxore postmodum suscepta procreato, ac haerede universalis, dictam donationem impugnant utpote de jure prohibitam ad illegitimi filii favore legitima existente prole, introductaque in Civitate Januae communi patria judiciali, vel extrajudiciali controversia, cum donatarii defensores pro donationis validitate totam vim constituerent in eisdem Civitatis Statuto lib. 1. c. 12. §. 9. incipiens. *Ut omnis dispositio sit per quod statuitur, ut omnis dispositio valeat, licet facta non sit secundum leges; E converso autem defensores haeredit negarent comprehensionem casus sub dicto Statuto. Ac etiam Scribentes hinc inde in terminis juris communis restrinxerint punctum questionis, an donatarius dicendus esset naturalis tantum, vel potius spurius, & cuius incumberet onus, unam vel alteram qualitatem probandi, quasi quod eo spurio existente donatio in totum irrita esset, eo vero existente naturali tantum ad solam unicam subsisteretur juxta dispositionem juris civilis in pluribus juriis desuper cumulatis per Lup. de illegitim. comment. 1. §. 5. nu. 9. Peregr. de jur. Fife. lib. 3. tit. 18. Lucidor. de illegitim. in proelud. n. 34. cum concordant. disc. 33. & seq. de testam. Et an jura praedicta utrumque disponendi modum complecterentur per ultimam scilicet voluntatem, & inter vivos, ut scribentes pro haerede assererent, vel solum per ultimam voluntatem, non autem inter vivos, ut subsisterent scribentes pro donatario; Hinc super his ex parte donatarii per veritate consultus.*

Super primo puncto Statuti contra requirementem respondit, ut in eo totum fundamentum consisti non possit; Il- lud etenim in verbis loquitur de ultima voluntate, ac de institutionibus, & substitutionibus, magisque id comprehendat Rubrica generalibus concepta de testamentis; Et ultimis voluntatibus, ideoque receptum habemus, quod Rubrica declarat nigrum, ac etiam quia omnia capitula, five omnes paragraphi circumferuntur super ista ultimatum voluntatum materia.

Et quamvis in capitulo, seu §. antecedenti agatur etiam de dispositionibus inter vivos, ac propterea nimium hinc inde Scribentes laborabant cum consuetis frigiditatibus, an intraret necne repetitio; Attamen advertebam, quod ex facto removebatur questio, dum in antecedenti capitulo agit de illis, qui de tempore divini belli Epidemiali morbo laborent, ut eis in illo adeo calamitoso tempore, omnino libera sit disponendi facultas, atque dispositio quomodocumque concipiatur, valeat, ne alias ob legales formalitates, vel superfluitates in eo quod cupiunt, elusi remaneant, dum sapientum copia tunc non habetur, quinimo neque amiorum, ut dispositiones ordinari valeant cum ea meliori praedestinatione, ac maturo consilio, cum quibus de tempore non accidentaliter ordinari solent, & possunt, ex his quae occasione agendi de testamentis tempore 47 illius conflictu disc. 27. de testam. Et de aliis tempore belli in illius conflictu disc. 28. eodem tit. ideoque ob rationis diversitatem repetitio, five illatio ab una parte legis ad alteram nullatenus intrat.

Considerandum itaque istud Statuti Capitulum de per se, ac independentem ab alio antecedenti, cum loquatur de ultima voluntate, vel alia dispositione considerabam, an trahi posset ad actum inter vivos; Tum ex illo verbo generali, alia dispositione; Tum etiam quia facilior videtur prohi-

prohibito disponendi per ultimam voluntatem, five per alium actum, per quem dispositionis substantia conferatur post mortem, quam per actum inter vivos ex tunc perfectum, ac gestum tempore valetudinis juxta quamplura similia ponderata disc. 1. de Feudis, & ac etiam habetur disc. 6. de Regal. & disc. 102. de Vote, & alibi.

Potissimè verò in hac specie legit quoniam cum non sit Civitatis subditus, sed ipius Republicae, quae in ejus Ditione gaudet omnimoda libertate, atque habet jura supremi imperii, & Principatus, ut ab antiquo habere, testis est Bald. cons. 182. num. 3. lib. 5. ita intrat consideratio, de qua disc. 10. de Legitima, disc. 35. de Judic. & sub diversis materiis frequenter, quod scilicet istae leges potius continentur dicuntur jus commune in eo Principatu, magis favorabile quam sit ipsum jus commune civile, ac propterea non intrat illa odibilis, & periculosa restrictio, quae datur in statutis Civitatum subditarum a jure communi exorbitantibus, & quae propè constituunt leges municipales, ac propterea licitum esse arguere a contrario sensu, vel à simili, five illationes facere eo modo, quo in jure communi habemus, quod non conceditur in dicto altero jure municipalis rigorose, atque ad literam intelligendo ex deductis eodem disc. 35. de Judic. & disc. 15. de success. ab intestato, & alibi pluries eod. tit.

Verum tollebat vim motivi, five occasionem ratiocinandi idem Statutum, quod lib. 3. c. 5. expresse prohibet 7 quamcumque extensionem, vel illationem, aut interpretationem; Bene tamen dicti Statuti dispositi non leve prebere videtur argumentum corroborativum eorum, quae inferius considerantur circa naturales tantum, non ita amare, & aperire tractandos, sicuti in jure communi tractatur ex alii statusis, & ex moribus, & styli hujus Civitatis, ita istud Statutum cum aliis conjungendo, non autem quod solum, & de per se operari posset validitatem hujus donationis, quando alias esset invalida.

Assumendo itaque punctum ad terminos generales, cum quibus scribentes pro haerede factum impugnant procedebant, atque procedit debere probare conabantur ut supra; Advertebam in primis opus non videri illum pertractare cum terminis juris civilis distinguendis naturales tantum, & spurios, ut cum primis patet habens filios legitimos, usque ad unam unicam disponere valeat, cum aliis vero secus, ac propterea oritur questio, adè inter Civitatis involuta, cui scilicet qualitati assistat praesumptio, quae resultat excludendi oneris probandi qualitatem non praesumptam, ac etiam circa probationem unius vel alterius qualitatis, & an verificari dicantur, necne illa requisita, quae per idem jus civile desiderantur ad excludendum spurietatem, quodque verè naturalis tantum dici valeat, ut scilicet suscepti ex concubina domi retenta in schemate, & figura matrimonii sub ea custodia, sub qua uxor teneri solet, adè ut ad eam alii non patere accessus.

Siquidem cum ageretur de actu jurato, ita ex pluries insinuata dispositione juris Canonici in eum contingat de jur. & in c. per vestras de Donat. inter. Vir. & Vxor. cum notatis communiter per Canonistas utrobique, & alibi, cessant omnes juris civilis, vel laicalis tam communis, quam municipalis prohibitiones, & dispositiones, ut habemus quotidianum, in contractibus minorum, aliorumque prohibitorum, & in donationibus inter patrem, & filium, ac virum, & uxorem cum similibus; Et in his terminis specialibus donationis factae filio illegitimo, aliis absque juramento invalidae; advertit Seraphin. de juram. c. 72. n. 7. ubi add. n. 5.

Adversus istud motivum scribentes pro haerede acriter insistebat, quod Seraphin. id asserat ex proprio capite absque auctoritate, & reatione, in contrarium vero stet magis communis opinio Doctorum, ut juramentum non operetur, ut per Ruin. cons. 179. n. 6. lib. 1. & cons. 69. n. 10. & seq. lib. 2. Beron. cons. 164. sub n. 8. & seq. lib. 2. Peregr. de Jur. Fife. lib. 3. tit. 19. nu. 93. Trentaciq. var. resol. lib. 1. tit. de nob. & jur. resol. 2. n. 4. qui omnium latius in hoc se diffundit Michalor. de Fratr. p. 1. c. 11. num. 8. & alii qui procurrentem ineptiam cumulantur.

Respondebam tamen (etiam cum sensu veritatis) in hoc digno unam de Juristarum praesertim modernorum ineptias vel abusibus, ut unum alterum sequantur, vel transcribant more pecudum, vel avium, aliis falsantibus, vel volucantibus, quod cum uno saltus, vel volatus assumatur absque alio discursu.

Istud etenim assumptum nullum habet canonis fomentum, vel saltem auctoritatis aliaque antiqui, & gravis Canonistae, sed derivat ab originali traditione Ruin. locis ci-

tatis, cujus sub dicta caeca fide quamplures, articulo nò examinato pro consuetudine sunt relatores, vel sequaces, ac propterea dicendum est id quod advertitur d. disc. 35. de Jud. & disc. 119. de Cred. & alibi pluries de testibus de auditu ab uno, qui convincatur mendax, vel erroneus, quod ubi etiam essent mille pro nullo habendi sunt; Atque hic videtur casus, ut praefato antesignano, & primario auctori nullatenus in hoc deferendum sit; Tum quia sufficere dicere illum esse consulentem non ad veritatem, sed ad opportunitatem requirentis, quod si omnibus consulentibus congruit, magis verò, ac praeter ceteris huic docto quidem, & ingenioso, adè ut sub quaestione sit, an illi, vel Baldo primus locus inter antiquiores ingeniosos Juristas tribui debeat, sed lucrum nimium cupidus, veritatis parum amicus fuit, ut liquet ex plerisque consiliis in quibus lumè Solis in media nocte potius curat.

Tum etiam quia loquitur incidenter, & potius ad superabundantiam more Consulentium praeter necessitatem, 10 imple ipse agit de successione feudali, in qua peculiariter viget ratio super exclusione illegitimum.

Et quamvis aliqui ponderent rationem, quod donare huiusmodi filiis cum peccato susceptis; quando filii legitimi habeantur, sit contra jus Divinum, & contra bonos mores naturales ex plenè deductis per Eugen. cons. 46. n. 1. & seq. ad 21. lib. 2. Giurb. de success. feud. §. 2. glof. 8. ex n. 18. qui alios cumulant; Attamen id manifestè fabulae speciem habere dicebam cum eodem sensu veritatis, quoniam generalis regula per jus canonicum rationem peccati statuta est, ut semper juramentum liget, atque servari debeat quoties non sit vinculum iniquitatis, adè ut absque interitu aeternae salutis observari valeat, neque ad veritatem bonis moribus naturalibus, vel publico favori, ac bono principali, non autem accessorie, & secundarie considerato.

Nullum autem ex huiusmodi obfusculis in hac specie donationis dignosci videret, adè ut clarum conneret errorem dicta assertio, ut dispositio favore filiorum illegitimum ultra illam licentiam, quam jus civile tribuit, juri Divino, vel bonis juriis naturalibus adverteretur, quoniam nisi à sex circiter saeculis casualis legum civilium in sentio sequuta esset juxta sepius recensitam, semper tamen praeculis habendam historiam legale, praesertim disc. 1. de servit. & disc. 161. de Regal. utique istorum diversorum terminorum notitiam, & operationem non haberemus, minusque dictam probationem manentem ab hoc jure, quod per tot saecula sepultum, atque in oblivionem abierum omnino ignotum erat; Jus vero divinum utriusque pagine id non disponit, quoniam distinguendum quidem filium ex uxore, & alium ex ancilla Abrahae, sed non prohibet huic posteriori donari posse; Jus verò naturale quod tamen nullibi scriptum reperitur, praesertim de praecipis Christiani Religiosis, has non tribuit distinctiones, cum spectata natura ita sint filii uni, ac alii.

Atque si ita esset sequeretur, quod regargi mereretur Sacri Canonis, qui indefinitè omnibus illegitimis ex quocumque coitu quamvis damnato, & punibili susceptis, alimentis, vel eorum loco dotem ubi sint feminae, suppeditari praecipunt eorumque dispositio ubique atque in foro saeculari quoque recepta est, adè extensa, ut etiam clerici, aliaque personae Ecclesiae aliquid non possidentes, nisi beneficia, & redditus bonorum Ecclesiarum adhuc de istis huic obligationi satisfacere teneantur, quod utique absonum esset, si adè odibiles huiusmodi illegitimi censendi sint, ut eis benefacere juri divino, ac bonis moribus naturalibus adverteretur.

Prout etiam non possent Principes praesertim saeculares istam illegitimum natalium maculam abluere, atque illegitimos ad quacumque parentum successiones praesertim testamentarias, aliaque dispositiones, & elargitiones inter vivos habilitare, cum eorum potestas veretur circa ea, quae à jure positivo laicali solum pendunt, non autem circa ea, quae juri divino, vel bonis moribus naturalibus adverterentur; Et tamen contrarium est absque dubio receptum ex deductis disc. 52. de testam. disc. 148. de Regal. disc. 68. & 69. de fideic. & alibi frequenter; Igitur manibus palpatur ista legaleica fabula, quod dicta juris civilis prohibitio juris naturalis ac bonorum morum naturalium fomentum habeat, quoniam si potest altera lex civilis, vel positiva laicalis animata, vel inanimata d. legi inhabilitanti dispensare ejusque prohibitionem tollere, multo magis operativum esse debet jurae mentum, cui eadem lex derogare, vel dispensare non potest.

Quinimo ista juris civilis distinctio inter naturales tantum, & spurios, ut priores in aliqua parte capaces, ac favorabiles reputet, posteriores verò secus, eoque habeat odibiles